



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Mogvntiae, 1603**

Pia Opvscvla Eivsdem Francisci Borgiæ Gandiæ Dvcis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45256**

iv. 8  
Franciscus

PIA OPVSCVLA

iii. 14  
Eius iv. 4  
i. 2  
Socij

EIVSDEM

itur ter  
iv. 4  
inuisit  
ii. 7. 17  
it Fran.  
iv. 4  
iii. 6

FRANCISCI

iv. 4  
inuisit  
ii. 7. 17  
it Fran.  
iv. 4  
iii. 6

BORGIAE

iv. 4  
inuisit  
ii. 7. 17  
it Fran.  
iv. 4  
iii. 6

GANDIAE

iv. 4  
inuisit  
ii. 7. 17  
it Fran.  
iv. 4  
iii. 6

DVCIS.

OPVSCVLORVM INDEX.

- I. SERMO *in illud Euangelium Dominice IX post Pentecosten, Vt appropinquauit IESVS, videns Ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Si cognouisses & tu, &c. Luc. XII. cap.*
  - II. OPERVM *Christiani hominis Speculum.*
  - III. COLLYRIVM *Spirituale.*
  - IV PRÆPARATIO *ad sacram Eucharistiam.*
  - V. EXERCITATIO *Spirituali, ad sui cuiusque cognitionem.*
  - VI. IN CANTICVM *trium puerorum, Benedicite omnia opera Domini Domino, interprete Alphonso Deca, Theologo Societatis IESV Compluti.*
- Accessit nunc primum, DE RATIONE CONCIONANDI, seu *De predicatione Euangelica* libellus, simplici stylo ab AND. SCHOTTO eiusdem Societatis Sacerdote Latine redditus.

ILLVSTRISSIMO,

AC REVERENDISSIMO

*D. Gasperi Quiroga, Archi-*

*episcopo Toletano, summoque*

*Consilij sanctæ Inquisitionis*

*Præsidi, Alphonsus Deca,*

*Theologus Societatis IESV,*

S. P. D.

**F**RANCISGVS Bor-  
 gia Dux Gandiæ,  
 antequam se ad no-  
 stram Societatem adiūge-  
 ret, libellos quosdam ad sui  
 profectum scripsit, rudimē-  
 ta continentes ea, in qui-  
 bus se ipse adhuc tiro exer-  
 cebat ad pietatem. Qui  
 cum amicis nōnullis com-  
 municati, quod essent &  
 Y s fan-

sanctissimis documētis pleni, & à viro illo profecti, qui genere esset, atque vitæ splendore clarissimus, magnam in primis admirationem habuerunt. Nam cum Francisco proauorum sanguine illustrissimo, & multis, magnisque per amplæ familiæ, ac proprij dominatus negotiis implicato, & in aula Regum, & gratia educato à puero, de canibus, de equis, de accipitribus. Principum virorum more, nō de moribus, atque virtutibus, deque orandi, meditandique ratione tractationes congruæ viderentur; & ab illo ciuilia

lia potius quam religiosa,  
militaria magis expecta-  
rent homines quam spiri-  
talia, & ea quæ specie sua  
fallaci perstringunt impe-  
ratorum oculos; non ea  
quæ, depulsa animis offusa  
caligine, pectora nostra  
complect clarissima luce,  
& ad bene, beateque viuen-  
dum iuuant: hæc ab ipso  
sapiēter conscripta (Quod  
præter opinionem homi-  
num accidissent) admi-  
rabilia multis sane sunt  
visa. Itaque FRANCIS-  
CO ipso inscio, atque in-  
uito, libelli in vulgus editi  
Hispanice, typisque etiam  
excusi sunt. Intellexerunt  
ni-

nimirum homines, non esse angustis DEI gratiam finibus circumscriptam, neque cultu corporis tantummodo, & habitu virtutum pondera æstimanda. Nam ut sub vili palliolo latet sæpe sapientia; sic sub holosericis interdum, atq; aureis vestibus humilitas, sui que contemptio inclusa est, atque humanarum rerum despicientia. Quod si unquam alias in Francisco certe nostris temporibus vidimus: qui ætate florēs; Regia stirpe natus, opibus, copiis, liberis, amicitiis, clientelis abundās, magna Regis sui, & hominum laude publicis  
mu-

DEDICATORIA. 541

muneribus honorifice per-  
functus, rebus denique o-  
mnibus, quæ in bonis vul-  
go numerantur, ad volun-  
tatem fluentibus, quæ ipsi  
fuerant lucra, hæc arbitra-  
tus est propter Christum  
detrimenta; mundique o-  
mni inanitate reiecta, pau-  
pertatem diuitiis, asperita-  
tem deliciis prætulit; aulico  
splendori humilē squallo-  
rem, potentiaæ sui ludibriū  
longe anteposuit: & nu-  
dus nudum Christum se-  
quutus, in eo se abiectio-  
nis statu collocavit, in quo do-  
cuit grauissimo exemplo  
pictis, & adumbratis vera,  
& solida, caducis sempiter-  
na in-

*Philip. 3.*



na infinitis partibus antecellere; cœlestia terrenis, humanis diuina. Præterit enim verè figura huius mundi, vt ait Paulus: & id quod in præfenti est (vt idē scribit) momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur, quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autē non videntur, æterna sunt. Franciscus itaque aspiciens in autorem fidei, & consummatorem IESUM, qui proposito sibi gaudio sustinuit cruci-

*1. Cor. 7<sup>o</sup>*

*2. Cor. 4.*

*Hebr. 12.*

cent,

cem, confusione contem-  
 pta; maiores diuitias æsti-  
 mans thesauro *Ægyptio-* *Hebr. II.*  
 rum improprium **CHRIS-**  
**TI**; exiuit extra castra il-  
 lud portans, præclarissi- *Hebr. 13.*  
 mum nobis ad imitatio-  
 nem, posterisque omnibus  
 exemplum relinquēs. Hu-  
 ius igitur viri libellos (quos  
 supra commemorauimus) ve-  
 rè Catholicos, verè pios,  
 de Hispano sermone in La-  
 tinum conuersos denuò  
 in lucem emittimus. Pri-  
 mum quidem, ne tanti vi-  
 ri memoria temporum ve-  
 tustate obsolescat: deinde,  
 vt constet quibus quasi  
 gradi-

gradibus ad tantam virtutum excellentiam peruenit: postremo, ut quibus praeluxit vitæ exemplo, eos quoque doctrina instruat, & non solum presentibus proferat, sed etiam futuris. Habent enim multa, ex quibus, si studium diligens, & assidua exercitatio accesserit, magna percipi possit utilitas. Latina autem hæc opuscula euulgamus, quo fructus latius eorum pateat, & non tantum ad Hispanorum, sed ad exterorum etiam manus perueniant. Tibi autem, Præsul illustrissime, hæc dicamus, tū quoniam in ista quasi vigilia fidei

dei  
fide  
fren  
rabi  
lupo  
gion  
quid  
Reli  
scur  
tagi  
tibi  
vigil  
uide  
est, v  
piet  
tum  
lami  
que  
tur b  
prop

dei

dei Catholicæ tuendæ præ-  
fides, & truculentam circū-  
frémentium hæreticorum  
rabiem, qui sub ouina pelle  
lupos tegunt, à nostris re-  
gionibus procul arces; & ne  
quid Apostolicæ atq; auitæ  
Religionis candorem ob-  
scuret, aut inficiat, neue cō-  
tagione serpat, pro officio  
tibi diuinitus dato, summa  
vigilantia atq; sapiētia pro-  
uides: (& iustissimum sanè  
est, vt te omnes grata animi  
pietate colant, in quos tan-  
tum, tam turbulentis, & ca-  
lamitosis temporibus, tam-  
que eximium abs te cōfer-  
tur beneficium; tum etiam  
propter singularem meam  
in te

in te obseruantiam, eamq;  
 excitatam virtutum tuarū  
 admiratione, & summa tua  
 in nos beneuolentia, & per-  
 petua nostrę Religionis de-  
 fensione, quam, ex quo pri-  
 mum fermè cœpit, pera-  
 manter suscepisti. Itaque  
 nō magis mihi propria est,  
 quam communis cum o-  
 mnibus nostrę Societatis  
 hominibus. Sed quoniam  
 omnibus singulatim hoc  
 facere nō licet, ego & meo,  
 & eorū omnium nomine,  
 hoc munusculo testari vo-  
 lui, quantum tibi in Christo  
 & debeamus omnes, & cu-  
 piamus.      Vale. Complu-  
 ti.

TRA.

TRACTATUS  
PRIMVS.

Luc. 19.

UT appropinquauit IESVS, vi-  
dens Ciuitatem, fleuit super  
illam, dicens, Si cognouisses  
& tu, &c.

**S**ICAPILLI nostri omnes  
DEO numerati sunt,  
quemadmodum in Eu-  
angelio legimus, quanto  
magis Christi, hoc est, sapientia Dei  
verba numerata esse credendum est!  
quantis porro hæc ab Angelis laudi-  
bus efferi putandum! quanti ab  
hominibus fieri debent, in quorum  
utilitatem dicta sunt! Si negli-  
gamus certè, aut si non ea atten-  
tissime consideremus, magna re-  
prehensione digni simus necesse est,  
quando omnia CHRISTI Domi-  
ni nostri facta, & dicta, nostra  
sunt instructio. Caterum, cum ad  
cam

Luc. 12.

eam rem humana vires non sufficiant, eos imitari opus est, qui artem aliquam perfecte addiscere cupientes, ad perfectissimum eius artis magistrum sese conferunt, vt videlicet preceptoris sapientia discipuli imperitiam suppleat, & reformet. Cum ergo de rebus quatuor, quae sub prefato themate continentur, tractaturi simus, eiusmodi aliquem preceptorem adire oportet, cuius praesidio ignorantia nostra tenebrae depellantur. Et quidem in verbis thematis, quod appropinquauit Dominus, quod vidit ciuitatem, quod fleuit super eam, postremo quod locutus est, legimus: quibus quasi quatuor gradibus ad illud quod sequitur, Si cognouisses & tu, hoc est, ad nostrorum cognitionem peruenire in promptu est, modo diligentia adhibeatur. Necesse primum est vt appropinquet IESVS: si enim ab eius gratia

SE  
gratia  
nos  
gnosce  
videat  
dicens  
dete.  
necess  
indica  
tit Do  
brij, &  
ius vi  
& de  
deice  
Domini  
mus  
ne ob  
contin  
Quo  
runt  
addisc  
sermo  
quere  
perius

SERMO IN LVC. XIX. 549

gratia & lumine longe sumus, nec nos ipsi poterimus, nec illum cognoscere. Nec minus opus est ut videamus: sic enim docet Isaias, dicens. Cæci intuemini, & videte. *Isa. 42.* Nam de tertio, quam scilicet necessaria sint lacrymæ, illud satis indicat, quod per Prophetam dicit Dominus: Expergiscimini e- *Joel. 1.* brij, & flete, iucunditates enim huius vite, mentem inebriare solent, & de gradu rationis, & dignitate deiicere. Denique, fuisse locutum Dominum videmus, ut intelligeremus nobis etiam loquendum esse, ne ob taciturnitatis malum nobis contingat quod Davidi, cum dixit: Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, &c. *Pf. 37.* Quæ omnia ut addiscere, & complecti mente, & sermone possimus præceptor aliquis querendus nobis est, quod paulo superius dicebamus: nec verò peritior inueni-



inueniri potest DOMINI matre,  
 quæ DEVM mente per fidem con-  
 cepit, voluntate autem per chari-  
 tatem, suis denique ad nostram re-  
 demptionem visceribus induit. Quis  
 enim ita aspicere nouit vt illa, quæ

Luc. 1. nil habuit, quo minus respiceret  
 DOMINVS humilitatem an-  
 cillæ suæ? & quis vnquam ita

Luc. 2. fleuit vt ea, cuius animam do-  
 loris gladius pertransiuit? qui  
 postremo tam sapienter locutus est

Luc. 1. vt quæ dixit: Magnificat ani-  
 ma mea DOMINVM, ob magna  
 videlicet ab eo accepta beneficia?

Luc. 1. quæque vbi dixisset, Fiat mihi  
 secundum verbum tuum, facta  
 est Patris filia, Filii mater, &  
 Spiritus sancti sponsa? Non ali-  
 um igitur præceptorem queramus,  
 quando in puris creaturis ei simi-  
 lem inuenire non possumus: Jed  
 huic humiliter supplicemus, nobis vt  
 faueat

faueat  
 & fa-  
 sunt,  
 Maria

V

N

DE V  
 propin-  
 videre  
 cumqu-

DOM

se S. m.

ante e

CHR

conice

cognit

cupim

approp

non ad

iã appr

cere in

faueat, quo possimus ea intelligere,  
 & facere qua in themate proposita  
 sunt, mente pia dicentes: Aue  
 Maria.

Ut appropinquauit, &c.

NON minus necessarium est  
 DEVM cognoscere cupienti, vt ap-  
 propinquet Domino, quam iis qui  
 videre volunt, ad lucem accedere:  
 cumque vera lux sit CHRISTVS  
 DOMINVS noster, qua vident  
 se Sancti in caelo, & iusti in terra,  
 ante omnia opus est vt appropinquet  
 CHRISTVS. Ex quo illud facile  
 conicere licet, quod nondum eam  
 cognitionem sumus adepti, quam  
 cupimus in causa esse, quia nondum  
 appropinquauit CHRISTVS: aut  
 non adeo sumus ei propinqui, si forte  
 iam appropinquauit, nos tamen vt cōspi-  
 cere in eo, eiusque ope possimus. Id quod  
 cum

cum nobis admodum sit necessari-  
um, debemus certe ei appropinqua-  
re, quo & ipse etiam nobis appro-  
pinquet, sic enim scriptum est: Ap-  
propinquate DEO, & appropin-  
quabit vobis, &c. Iam vero, quom-  
id necessarium nobis sit ad cognitio-  
nem perfectam consequendam, il-  
lud aperte declarat, quod in Io-  
seph velut in figura expressum est. Il-  
le enim cum in Aegypto degeret, non-  
dum à fratribus suis agnitus, di-  
xit illis, Accedite ad me: & cum  
accessissent prope, Ego sum, ait,  
frater vester, quem vendidistis in  
Aegypto. Quae quidem verba, no-  
bis nos certe ostendunt, qui sumus:  
noster enim Ioseph, noster, inquam,  
frater, bonumque nostrum, nos,  
quos se videt necdum agnoscere, mul-  
tis ab eo acceptis beneficiis iubet  
propius accedere: atque vbi accesser-  
imus dicit, Ego sum frater vester,  
quem

Iacob. 4.

Gen. 45.

quem vendidistis in Aegypto. Iubet itaque, quo eum possimus agnoscere, ut propius ad se accedamus: ubi verò accessimus, quo nota nobis sit nostra malitia, & in eum iniquitas, ait, Ego sum quem vendidistis in Aegyptio. Id verò illi perfectius cognoscunt, qui ei propinquiores sunt: participant enim magis eius lumine, quo eis sua apertius miseria demonstratur. Quare nos in hac re Propheta consilium sequi oportet dicentis: Accedite ad <sup>Psal. 119.</sup> eum, & illuminamini. Atque hoc de primo. Quod verò ad secundum attinet, ideo vidit CHRISTVS Ciuitatem, ut nobis ostenderet, quantum teneamur inspicere animam nostram, quae ciuitas est quaedam, & ciues eius videlicet opera. Quocirca nullum aliud efficacius inueniri potest medicamentum, illo quo Dominus sanaturus caecum <sup>Marc. 7.</sup> vsus   
Z            dicitur

*Marc. 8.* dicitur in Euangelio: expuit enim in terram, fecitq; lutum, & posuit super oculos eius. Ad eandē etiam normam debemus nos, si spiritualiter videre volumus, ponere super oculos nostros propriarum miseriarum lutum, vt conspicientes nostrum nihil, cognitionem nostram, quam querimus, consequamur: consequemur vero, si quod Rex David nobis praecinit, attentis auribus audiamus: ille enim huius Ciuitatis labores adeo peculiariter prauidit, vt ex eius mente possimus magnam partem rerum illarum agnoscere, quae ipsi conuenire videntur; sic enim ait ille:

*Psal. 54.* Vidi iniquitatem, & contradictionem in Ciuitate. O quam aperte iniquitas Ciuitatis huius, id est, animae nostrae, ab his percipi potest, qui considerant quod in iniquitatibus concepti sumus. Quid vero est iniquitas, & peccatum aliud

aliud quam nihil? nihil ergo est ori-  
 go Civitatis huius, nihil etiam ca-  
 tera putari debent, quaecunque in  
 omni vita consequuntur; ait enim  
 idem Propheta: Et substantia mea *Psal. 38.*  
 tanquam nihilum ante te. Finem  
 vero eius similem esse principio illud  
 ostendit: Exhibit Spiritus eius, & *Psal. 145*  
 revertetur in terram suam, &  
 in illa die peribunt omnes co-  
 gitationes eorum. Quis se existi-  
 met esse aliquid, cum suae etiam  
 nature initium ignoret? cum nec  
 intelligas modum quo conditus est,  
 quomodo genitus, quando moritu-  
 rus, nec animae suae naturam, nec  
 quid in ea insit, nec quomodo exi-  
 stat, satis vnquam cogitatione asse-  
 qui potuerit: quis non suum nihil  
 videat, si miseras corporis, si carceris  
 corruptionem, si quam sit fami, fri-  
 gori, alijsq; infirmitatibus obnoxius  
 contēpletur? Nam de pugna mentis,

& corporis, quid opus est dicere? quis enim arrogantiam, & superbiam suam non deplorat, si sua opera consuleret? si id cogitet, & secum reputet, quantum DEI inspirationibus sanctis resistat, quantum in bene operando difficultatis sentiat, quemadmodum luci à DEO missa rebellis sit, quoties operandi opportunitate oblata, in aliud tamen tempus bonum opus differat, causamque negligentiae querat; alias quidem prudentiae speciem prætens alias vero ibi trepidans, ubi non est timor, ut perpetuum hominis opus est, videatur diruere scilicet bonum quod in eo edificat DEVS, salutisque propriae aduersari, & libertatem suam attenuare. Hac est nimirum contradictio illa, de qua Apostolus ad Romanos: Video, inquit, aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & capti-

Rom. 7.

captiuantem me in lege pecca-  
 ti. Tantam enim vim habet eiusmo-  
 di contradictio, vt non quod vo- *Ibidem*  
 lumus bonū agamus, sed quod  
 nolumus malum. O magnam Ci-  
 uitatis huius calamitatem! sed gra-  
 uiora adhuc idem Propheta in his  
 que sequuntur, plane declarat, di-  
 cens: Die ac nocte circundabit *Psal. 54.*  
 eam super muros eius iniquitas,  
 & in medio eius labor, & iniu-  
 stitia. Nullam namque aliarum ci-  
 uitatum ita hostes premunt, vt non  
 interdū quiescere sinant: cum enim  
 nox, tum temporis diuturnitas, &  
 qui continuus esse non potest armo-  
 rum vsus, nonnullum relinquere so-  
 lent induciarum locum. At Ciuita-  
 tem hanc, de qua loquimur, tan-  
 quam expertus miles, inquit Pro-  
 pheta, die ac nocte circundari  
 iniquitate. Quibus verbis satis eius  
 laborem, & periculum indicat,



quippe cuius inimici, mundus, scilicet, dæmon, & caro, ne labore, nec temporis diuturnitate fatigati vllum intermittunt oppugnandi tempus: idq; adeo, vt non solum obsideant, sed & super muros eius iniquitatem constituent. Quod quidem nobis tum accidit, cum veterem hominem non mortificantes, eum iniquitatibus subiectum, adeoque in maiori periculo constitutum relinquimus: in magno enim periculo ciuitas versari solet, cum in eius muros hostes ascenderit. Accedit ad hæc, quod in medio eius dicitur labor esse, & iniustitia: & quidem si ea consideremus quæ hætenus dicta sunt, vere dici potest, quod sit in medio eius labor: sed quiddam etiam grauius forte reperiemus; id vero est, quod cum Ciuitatem oporteret his armis continuo se defendere, quibus suos CHRISTVS instruxit

xit in horto, dicens: Vigilate, & o- <sup>Marc. 14</sup>  
 rate. armis profecto excellentissimis.  
 Quod vel illud abunde confirmat,  
 quod eadem nocte, cum in duobus  
 gladijs satis esse dixisset Dominus, ad <sup>Luc. 22.</sup>  
 hac tamen arma commendanda ter  
 ab oratione surrexit, vt eorum ni-  
 mirum necessitatem, & excellenti-  
 am declararet. Cum, inquam, his ar-  
 mis Ciuitati perpetuo vtendū esset,  
 non leuiter deplorandum est, quod  
 eas tam facile alias quidem somno  
 oppressi, alias negligentia, & repi-  
 ditate deponimus, atq; ita in labore  
 ciuitatem constitutam relinquimus,  
 quippe quam, cum hostes obsideant,  
 defendere negligimus. Quid vero de  
 iniquitate dicemus, nisi quod ini-  
 quitate Ciuitas plena est? Et de vo-  
 luntate quidē, si aduertimus, sensus &  
 superiores animæ potentia ita velut  
 exostulantes conqueruntur: memo-  
 ria quidē, quod cum eius sit delectari

## 360 TRACTATUS PRIMVS.

in Domino, eam tamen obcecata voluntas propriis passionibus obliuisci DEI faciat, atque in eas miserias precipitet, quibus in perpetua amaritudine versetur: intellectus vero, quod ei celestium & aeternorum considerationem adimat, dum transitoria querit, atque terrena. Queruntur oculi quod aspicere ex concupiscentia cogantur, vnde iure poenas daturi sint: atque in eum modum reliqui sensus queruntur, vt facile Ciuitatis huius iniquitas appareat. Nec tamen hic dicendi finem facit Propheta, sed addit: Et non deficiet de plateis eius vsura, & dolus. Quod certe non minus, quam ea quae hactenus dicta sunt, dolendum est, quando non solum bono est destituta, sed est in ea & vsura, et dolus. Quod vt intelligi melius possit, aduertendum est, vsuram esse mutuum dare plusquam dederis sperando, adeoque non eius,

Psal 54.

eius, cui das, causa, sed tua ipsius qui  
 mutuum das. Erit itaque spiritualis  
 usura, si simili animo quis laboret,  
 atque operam suam collocet. Quis  
 autem verbis consequi possit mille  
 Ciuitatis huius usurarum modos?  
 Reperies qui eleemosynam det ob  
 vanam gloriam; alium qui oret so-  
 lum ob orationis suauitatem; alium  
 denique ieiunantem inferni tantum  
 timore perterritum: ita omisso prin-  
 cipali sine, qui DEVS est, omnia in  
 usuram quandam conuertuntur, vt  
 merito his qui ita agunt dicat Do-  
 minus: *Receperunt mercedem* Matt. 6.  
 suam. Quanta verò est Ciuitatis  
 huius miseria, quæ nec ex laboribus  
 suis fructum aliquem capit, nec ea  
 colligit quæ seminauit! Ad dolos ve-  
 niamus: quæ quidem in re nos potius  
 tempus, quam materia, deficiet.  
 Quis enim Ciuitatis huius dolos di-  
 cere possit? Quoties nos propria pas-  
 siones

siones decipiunt! quoties tentationes! Quantus verò error ille est, quo communiter mortales se esse aliquid putant, & suis ipsi viribus ita nituntur, quasi in eorum manu propria vita sit! vt mirum non sit toties cadere, qui tam misere decipiuntur; neque resistere posse, dum infirmitatem propriam non cogitant: multa etiam, & magna facere posse putant, qui si proprias vires considerarent, longe aliter profecto sentirent. Nec solum nos ipsi decipimus, sed & proximos etiam miris dolis, dum videlicet alios honoramus, quo nos ipsi etiam honore prosequantur: alios quia timemus, laudamus: alijs, alijs de causis obsequimur: denique mille dolis, & fraudibus pleni sumus. Quamobrem dicit Scriptura: *Vt duplici corde. Eoque procedit res bac, vt putent & quidem, DEVM se posse fallere: sic enim in vitis quidam*

*Eccli. 2.*

dā vitā agunt, vt illud Psalms dicere  
 videantur: Non videbit Domi- *Tsal. 93.*  
 nus, nec intelliget DEVS Iacob.  
 Miserum te, qui DEVM etiam fal-  
 lere posse putes, nec vides quod pau-  
 lo post scriptum est: Qui planta- *Ibidem.*  
 uit aurem, non audiet? aut qui  
 finxit oculum, non confide-  
 rat? Vsq; adeo malum inualuit, vt  
 boni etiam in hac parte plerumque  
 decipiantur: qui cum meliora &  
 perfectiora videant, a sensuum cupi-  
 ditate retenti tamen, aut alias ob *Tsal. 93.*  
 causas reuocati, dicere solet. Nihil  
 hoc est, mortale non est, & non  
 videbit Dominus, nec intelliget  
 DEVS Iacob. Quos ego ita libenter  
 interrogauerim: Si DEVS se voluit  
 dici Deū Iacob luctatoris, an nō vobis  
 videtur eos aspicere qui luctantur?  
 num se videlicet sinant prosterni ab  
 hostibus, an contra ipsi eos deiciant  
 strenue illorū illusionibus resistendo?  
 Est alius

Est alius qui spirituales viros insignis error detinet, qui cum sentiunt in se paupertatis, obedientiae, & ceterarum virtutum desiderium, in eo sibi placet, & quasi à debitore DEO petunt sibi vt faueat, quando eius causa pauperis, & obedientes esse cupiunt: nec advertunt hi quantum DEO debeant, à quo eiusmodi desideria habuerunt. Ita obliti qua via in eum statum perducti fuerint, quantaq; obligatione DEO ea causa deincti sint, non intelligunt, non sibi noua à DEO deberi beneficia, sed pro acceptis noua à se deberi obsequia. An quisquam eorum qui inopem vitam ducunt, si eius filium Rex aliquis dedi sibi postulasset, eum vt Regem faceret, Regi se putaret, aut dicere auderet beneficium praestitisse, qui filium non negauerit? Quis ergo putare audeat magnam se rem facere, qui petenti à se DEO concedat

SERMO IN LVC. XIX. 561

concedat filium, id est, voluntatem, quo paupertatis virtute decoratam reginam faciat? Servire enim DEO, regnare est; pauperemque esse spiritu, est esse omnium rerum Dominum: denique obedientem esse, & mansuetum, est terram possidere; sic enim scriptum est: Mansueti Psal. 36. autem hæreditabunt terram. Cui, rogo te, obedire solebas cum viueres in peccato, ut magnum putes nunc si DEI legi obedias? Meminisse certe deberes, quam duram vitam viueres cum diues esses ita posses videre quantum ei debeas, qui te ab illis propriorum affectuum molestiis liberauit. Hi, atque eiusmodi alij multi sunt Ciuitatis huius errores, quorum non minimus is esse putandus est, quod ex his quæ in nobis operatur Dominus, cum humiles fieri deberemus, superbi reddimur: solet enim plerumque accidere, ut cum in operando  
facili-



facilitatem aliquã experimur, eam nobis temere trisnamus, dum non cogitamus de infirmitate nostra, cuius rationem habens Dominus, ita solet fauere. Facit enim DEVS more peritissimi ducis, qui quos videt esse debiliores milites, solet cum his mitius agere, ne si illos durius tractet, forte amittat. Hæc dum contemplatur Hieremias, merito flens dicit:

*Thren. I.* Quomodo sedet sola Ciuitas plena populo? Merito certe flet solam esse, quæ plena sit populo: flet vero etiam, quia plena est: nisi enim plena esset, sola non esset. Sed his Prophetæ lacrymis omiſſis, nos ad CHRISTI lachrymarum considerationem conuertamus, qui videns

*Luc. 19.* Ciuitatem, fleuit super illam. Solent quidem medici cum deprehenderit grauiorem esse morbum, atq; in periculo magno constitutum ægrotum intellexerint, vultu tristitia dissimu-

disimulare, ne ille, si tristem medicum viderit, suum quantum sit periculum agnoscat: ita is dum letitiam simulat, se agroto consulere putat. Longe secus vero medicus noster CHRISTVS nobiscum agit, qui cū sciat quanti referat, vt proprias infirmitates, nostraq; pericula agnoscamus, tristiam vultu præ se fert, & agrotum conspiciens flet, vt iste videlicet ex eo possit morbi gravitatē conijcere. Si enim medicus, in cuius manu salus est, ob aegritudinem tamen infirmi flet, quanto æquius est flere agrotum? Itaq; dicebat filijs Hierusalē: Nolite flere super me, Luc. 22. sed super vos ipsas flete; indicans plane, nonnullis lachrymas, quia nō super se fleant, parum prodesse. Scimus fleuisse Esau, sed non super se, sed Gen. 28. sua causa: ita nobis saepe solet proprius amor lachrymas exprimere, dum nobis laborātibus tenere cōpatimur.

Fleuit

1. Pet. 2.

Fleuit autem CHRISTVS, quo  
 extergat, depellatq; inutiles lachry-  
 mas ab oculis nostris; iubet verò flere  
 nos super nos ipsos: nec enim super  
 CHRISTVM flere debemus: quia  
 peccatum non fecit, nec est in-  
 uentus dolus in ore eius. Possu-  
 mus quidem passionem eius flere,  
 sed super nos solos culpas flere debe-  
 mus. Flendum quidem est, quod tam  
 multa passus est CHRISTVS: sed  
 illud non est omittendum, vt super  
 nos ipsos fleamus, qui ei doloris tan-  
 ti causa fuerimus: idque nobis cogi-  
 tandum est, quod illum quidem  
 Iudæi comprehensum tenuerunt, sed  
 tenemus nos etiam tanquam com-  
 prehensum, dum quo minus in ani-  
 mis nostris regnare possit, imperfe-  
 ctionibus propriis impedimus. De-  
 duxerunt illi CHRISTVM à iu-  
 dicibus ad iudices: itidem facimus  
 nos, qui tam saepe male de proximis  
 iudica-

SERMO IN LVC. XIX. 569

judicamus, & eorum facta per varia mentis nostræ iudicia traducimus. Vulnerarunt illi CHRISTI-  
iam mortui latus: nos contra voluntatem regnantis, & in aternitate  
viventis, dum aliquid facimus, quid aliud quam eius cor vulneramus? Id  
quod ille aliquando Paulo conquestus dicebat. Saule, Saule. cur me <sup>Actor. 9.</sup>  
persequeris? Quanto verò nos Iudeis crudeliores sumus, qui CHRISTVM  
in laboribus positum nulla ex parte eleuamus, cum illi CHRISTO  
laborem, quæsito Simone, qui crucem portaret, non nihil leuauerint!  
Bonum quidem est flere, cum CHRISTVM videas opprobrium esse hominum,  
& abiectionem <sup>Psal. 21.</sup> plebis: sed illud nihil minus utile, si fleas cum te vides tam libenter honores  
admittere, parumque curare, vt CHRISTI exemplo contemni velis. Flendum quidem est merito,  
cum

Psal. 141

cum CHRISTVM videas adeo à se  
 derelictum, vt dicat, Considera-  
 bam ad dexteram, & non erat  
 qui cognosceret me: sed illud non  
 minus dolendum, quod tanto negle-  
 cto exemplo nunquam nos nec notis,  
 nec amicis destitui patimur. Est qui-  
 dem æquum sentire CHRISTI  
 paupertatem: sed illud est nihil mi-  
 nus flendum, quod nolumus imita-  
 ri. Deniq; pium est CHRISTI mor-  
 tem flere: sed illud etiam pium, si  
 gemamus toto pectore, quod nos nec-  
 dum eius causa mortuos sentiamus.  
 Neq; (quod peius est) dum videmus  
 CHRISTVM mortuum, optamus  
 mortem, nec nobis vita hæc longa  
 esse videtur. Sunt certe tam multa  
 cur merito flere debeamus, vt nullis  
 me ea putē verbis pro dignitate per-  
 sequi posse. Ad id igitur veniamus,  
 quod est in themate nostro postremū,  
 atque id videamus quam nobis ne-  
 cessarium

cessar  
 mus v  
 Tacu  
 sicut  
 bo, d  
 profes  
 quam  
 ad sen  
 niuere  
 turien  
 & ex  
 ter qu  
 dolore  
 comm  
 cesse es  
 verba  
 sint va  
 tum e  
 CHRI  
 ses &  
 memo  
 ex am  
 Dei ob

*cessarium sit nobiscum loqui. Audia-*  
*mus vero primum dicentem Isaiam:*  
 Tacui, semper filii, patiens fui; *Esa. 49.*  
 sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul. Ex his profecto verbis facile potest intelligi, quam sit incommodum tacere, & ad sensualitatis nostræ impetus con- niuere, quamq; sit necessarium parturientis more, id est, vehementer, & ex magno dolore loqui: vehementer quidem, ut dissipentur peccata; dolore vero, quod ea fuerint à nobis commissa. Quando vero loqui necesse est, quæ alia, obsecro, possimus verba dicere, quæ tantum aut possint valere, aut nobis prodesse, quantum ea valent, quibus vsus est  
 CHRISTVS, dicens: *Luc. 19.* Si cognouisses & tu? Si cognouisses, inquam, memoria, quanti sit pretij de DEO ex amore cogitare, non te tam facile Dei oblita dispergeres. Si cognouisses, intellectus,

intellectus, quantum tibi nocuerit  
 in eis non esse quæ Patris celestis  
 sunt, multo profecto diligentius di-  
 rura Ciuitati remedium quæres.  
 Si cognouisses, voluntas, quæ sis dum  
 terram amas, quæ vero cum diligis  
 DEVM, facile profecto timorem  
 omnem adijceres, vt DEI chari-  
 tate repleri posses. Si cognouissetis,  
 oculi, quam fueritis inutiles, incau-  
 te, brutorumque more circumspici-  
 endo, immensam profecto lacryma-  
 rum copiam profunderetis eorum ma-  
 gis, si perpenderetis, quantum ex  
 creaturarum contemplatione fructum  
 percipere potuissetis, quantumque in  
 eius amorem excitari, qui eas vobis  
 ex tanto amore concessit: essetis vi-  
 delicet potentis anima tanquam  
 folles quidam, quibus in eis diuini  
 amoris flamma excitata indies cre-  
 sceret. Si cognouissetis, aures, quale  
 fuerit vanis fabulis delectari, quale  
 vero

vero  
 loqui  
 ausco  
 nima  
 sus lo  
 vestra  
 cum p  
 suaue  
 DEI  
 fuisse  
 sole D  
 ex me  
 bone  
 hinc fr  
 fecto a  
 DEO  
 quam  
 tem or  
 dediste  
 aliud,  
 ait: Po  
 gustat  
 nam v

SERMO IN LVC. XIX. 573

vero sit ea qua per homines DEVS  
loquitur, interioremq; Sponsi vocem  
auscultare, de qua scriptum est: A-  
nima mea liquefacta est, v: Spō- *Cant. 5.*  
sus loquutus est: certe surditatis,  
vestrae duritiam sentiretis. Quod si  
cum perditae quæreres, anima mea,  
suaves odores, cum pari diligentia  
DEI suauitatem in omnibus qua-  
suissem. (potest enim facile conijci ex  
sole DEI claritas, fortitudo ex igne,  
ex melle dulcedo) quantum, DEVS  
bone, qua nullum ex alia recepisti,  
hinc fructum percepisses! Facile pro-  
fecto dici non potest, quam fueris  
DEO ingrata, cui cum dibueris tan-  
quam myrrha electa dare suauita-  
tem odoris pro suauis odore fortorem  
dedisti. Nam de gustu quid dicam  
aliud, quam quod in huc modum Iob *Iob, 6.*  
ait: Potest aliquis gustare, quod  
gustatum afferat mortem? uti-  
nam videres quid sit delectari ama-  
ris,



vis, & quod vere dulce est, amarum  
putare, diceres profecto cum eodem  
Iob: Quæ prius nolebat tangere  
anima mea, nunc præ angustia  
cibi mei sunt. Si cognouissetis ma-  
nus, quanto cum labore, & pericu-  
lo peccati mortua opera faciebatis,  
videretis profecto aperte, quam vere

*Psal. 113.* illud de vobis scriptum sit: Manus  
habent, & non palpabunt. Et si  
diuinas considerationes, quas labo-  
rantibus in vinea DEVS affert  
soleat, cognosceretis quales sint, di-  
ceretis certe cum Propheta: *DEVM*  
*Psal. 76.* exquisiui manibus meis, & non  
sum deceptus.

Denique si cognouisses & tu, ani-  
ma mea, vt facere non possis quin  
aliquid agas, quanti vero periculi  
plenum sit, si male agas, quanti au-  
tem detrimenti si non bene agas,  
quantum porro in eo lucri, si sis in  
DEI gratia: quantam, bone DEVS,  
in cha

in charitatis operibus diligentiam po-  
 neres! Nullam, sat scio, bene operan-  
 ti intermissionem faceres: nec vllū,  
 quo plura semper posses opera facere,  
 somnum dares oculis tuis. O te beatā  
 si te cognouisses, si te, inquam, aliqua  
 posses ratione cognoscere! Quid dicā  
 tandem de me aut quid aliud pecca-  
 tor sum, quā clauus, quam flagella,  
 quam crux, quam hasta, postremo  
 quam mors CHRISTI redempto-  
 ris nostri? Nam nec clauus, nec crux  
 illa in culpa fuerūt, nec CHRISTO  
 potissima doloris causa. Quin etiam  
 suum ipse de CHRISTI morte dolo-  
 rem insensibiles creature quodam-  
 modo testata sunt. Ego ipse, ego in-  
 quam, sum, qui CHRISTI manus  
 meorum operum nequitia transfixi,  
 eius corpori carnis mee infirmitas  
 tanquam flagellū est. Ego eius latus  
 tanquam hasta aperio, dum eius vo-  
 luntati nō pareo: ei acetum propino,  
 cum

Psal. 4.

cum de aliis detraho: postremo, eius ipse mortis causa sum. O Filij hominum, vsq; quo grani corde? Vide te, O homo, quis sis, & demittes facile alas, vanitatis tue: Osi cognouisses & tu, quam equum sit te, qui durus fuisti clauus CHRISTO, esse amarum tibi, & cum anima tua duriter agere! quiq; fuisti crux CHRISTO, esse crucem tibi, negando propriam voluntatē, eamque tanquam perfidam puniendo! qui deniq; fuisti mors CHRISTO, esse saltem mortificationis causam tibi; cum pudore cogitando, vitam te ab eo accipere, cui tu mortis causa fueris! O quam est tibi necessarium, peccator, hæc non obliuisci, sed in crucifixo CHRISTO, tanquam in speculo, te ipsum conspicerre, in eius manibus agnoscere crudelitatem tuam, in capite superbiam, in tormētis deniq; & laboribus peccati graui-

grauitatem? Quod si aternus pater  
 in filio vnigenito tam seuerum iusti-  
 tia exemplum edidit, quid te futu-  
 rum fuisse putas, si tecum vt iustitia  
 postulabat agere voluisset? O si dili-  
 genter perpenderes, quemadmodū  
 tecum DEVS agat, quam clare co-  
 gnosceres, neminem vnquam nec  
 tanto amore quempiam dilexisse,  
 nec tam multas amandi rationes ex-  
 cogitasse! Nullum certē reperire est  
 sponsum, qui sponsam dilexerit, vt  
 CHRISTVS animam. Nam si so-  
 lent sponsi eis, quas charissimas ha-  
 bent, sponsis & blandiri, & quibus-  
 cunque possunt in rebus placere, fa-  
 cit idem multo magis CHRISTVS  
 cum suis, qui se (modo aduertas)  
 mille modis quo te inueniat, & re-  
 creet, presentem exhibet. Si egredi-  
 aris ad forum, in paupere tibi occur-  
 rit, vt ei subuenias, imo verò (vt me-  
 lius dicam) quo tibi ipse subueniat:

AA

pe-

petit alias idem tanquam infirmus à  
 te salutem, te vt seruet: alias te in  
 carcere expectat, se vt liberet, te ipse  
 à tetrico carcere liberaturus. Quis  
 plura? Consilium tanquam rudis  
 te querit, vt, dum tu ei cōsiliū das  
 eterna te ille sapientia donet. Iam  
 verò si sponsi sponsis munera mittunt,  
 quanta illa sunt munera, quod tibi  
 creatura continenter seruiunt! quod  
 CHRISTVS esse, vitam, & spiritum  
 dona largitur! Si letitiam illi,  
 gaudium sponsis procurant, sepe  
 id CHRISTVS facit quotidie, calidissima  
 stia sponsis suis gaudia representat.  
 Quid enim nobis aliud Ecclesia militans  
 tantis festorum celebritates, quam  
 triumphantē Ecclesiam referunt.  
 Quod si sponsi maximam temporis  
 partem cum sponsis traducunt, spon-  
 sus hic animarum nostrarū nos nunquam  
 quam deserit: In eo enim viuimus,  
 mus, mouemur, & sumus. Si quis  
 stat

SE  
 stant q  
 gento  
 STVS  
 mus, ir  
 bet.  
 CHR  
 suos pa  
 esse cu  
 ratione  
 pertrah  
 tuam i  
 ne sud  
 compa  
 mnam  
 humili  
 est: de  
 luit.  
 ex qua  
 deres ce  
 morte  
 tars  
 uerse,  
 repeter  
 stat

stant quidam sponſarū nomina argento, & auro impressa, CHRISTVS nos, quemadmodum legimus, in manibus suis scriptos habet. Si celebrant illi conuiuia, CHRISTVS suo sanctissimo corpore suos pascit, suasque dicit delicias esse cum filiis hominum. Demum rationes vide quibus te in sui amorē pertrahere studuit: vt enim duritiā tuam in oratione molliret, sanguine sudans orauit: vt eius doloribus compatereris, alligari ad columnam voluit & flagellari: vt te humiliare, spinis se coronari passus est: denique vt amares, mori voluit. O si cognouisses & tu, ex quanto id amore processit! videres certē parum esse semel pro illo mortem oppetere, iustumque putares, vt omnes in te creatura conuerſe, tuæ ingratitude à te pœnas repeterent; diceres montibus, Ca-

Prov. 8,

dite super me; & collibus, Cooperite me: nihil tibi asperum esse, nullus labor grauis videretur: quin eos etiam qui te persequerentur, amore prosequereris, quippe quibus in persecutione tua tecum conueniret, caperes ex lapidibus fructum, dum iis pro puluinaribus vtereris; ex vestibus item, dum asperioribus indueris; ex cibis denique, dum amarioribus pascereris. Illud iam reliquum est, vt que diximus quatuor illa opere exequamur, quando & necessaria admodum sunt, & per gratiam facilia. Quid enim facilius quam appropinquare DEO, qui tam propinquus est? Illud est potius difficile, vt ab eo separari possimus: nec enim possumus vsquam ire, vbi ipse non sit. Itaque mirari debemus eos, qui audent inimicum sibi DEVM facere, à quo nec longius abire possunt, nec nisi in eius conspectu dormire, & vigilare.

Vnde

Vnde David: Quo ibo (inquit) à <sup>Psal. 138.</sup>  
 spiritu tuo, & quo à facie tua fu-  
 giam? Quod si omnibus tam præ-  
 sens est, quanto erit his presentior,  
 qui se querunt! Id quod vel ex eo  
 possumus facile intelligere, quod pro-  
 digum illum de quo est in Euange- <sup>Luc. 16.</sup>  
 lio, cum adhuc longe esset, vi-  
 dens pater ipsius, misericordia  
 motus est, & occurrens cecidit  
 supra collum eius. Rem profecto  
 consideratione dignam, quod à lon-  
 ge adhuc positum pater amplexurus  
 accesserit: indicatur enim infinita  
 DEI bonitas, magnaque per eam in  
 eo inueniendo facilitas. Ecquid esse  
 facilius possit quam eum inuenire  
 qui dicit, Inuentus sum à non <sup>Rom. 10</sup>  
 quærentibus me? Quanto puta-  
 mus hunc facilius ab his posse inue-  
 niri, qui se querant! Nam quod se-  
 cundo propositum est, cui sit difficile,  
 nempe videre? quando videndi cu-



piditate permoti homines, tam longè à patria peregrinari solent, idque vt vanum aliquid videant? Cur ergo, quod sine labore, & periculo per DEVM possunt, non se ipsi vident, quando in se homo multo habet plura, quam mundus, conspectu digna? omnia enim propter hominem creata sunt. Id ergo querant homines, etenim scriptum est: Videbunt

*Isa. 106.*

recti, & lætabuntur. Audiant verò, vt ad lachrymas (quod erat tertium) excitentur, quid summa veritas promittat, dicens: Beati nunc fletis, quia ridebitis. Postremo vt nobiscum nos ipsi interius

*Matth. 5.*

loquamur, illud Iob nos moueat: Loquar in tribulatione spiritus, confabulabor cum amaritudine animæ meæ, & reuelabor loquens mecum in stratu meo.

*Iob. 7.*

Quod si tantus hic vir, tam sanctus, dum esset in tribulationibus suis, se ipse

SE  
ipse int  
solabat  
negliga  
tum, t  
sequat  
ultabu  
fuerin  
mus ig  
stra, id  
esse ex  
mus: q  
tinuo v  
re, om  
enim  
thesau  
to, nec  
maius  
Dei gr  
teterr  
tius d  
non v  
tie, q  
terra

ipſe interioribus colloctionibus conſolabatur: cur nos tantum remediū negligamus? cum præſertim id tantum, tamque verum gaudium conſequatur? Sic enim ſcriptū eſt. Exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia mea. Quæramus igitur theſaurū cognitionis noſtræ, idque ea ratione qua quærendum eſſe ex Euangelij verbis intellexerimus: quem nos ſi inuenerimus, continuo vt agrum hunc poſſimus emere, omnia noſtra vendemus tantum enim eſt conſequutus qui reperit theſaurū hunc, quantum nec argento, nec auro emi poſſit: multo namque maius eſt gaudium eorum, qui ſe per Dei gratiam agnoſcunt, quam ſi ex teterrimo carcere educti, Orbis totius dominium obtinerent. An tibi non videtur ſumma eſſe cauſa lætitiæ, quod ſe quis ſentiat viuere ſuper terram, ſub quam eſſe, ſe videt ſuis

Prov. 23,

Mat. 13,

Ab 4 pec-

peccatis commeruisse? An ille latitia  
 plenus non sit, qui inferni, quas me-  
 ruit cum Domini claritate, & crea-  
 turarum pulchritudine quas conspi-  
 cit, tenebras confert? An non est il-  
 lius gaudium merito maximum, qui  
 dum considerat, quemadmodum  
 demonibus tractari meruit, non se  
 ab hominibus male tractari videt?  
 quandoquidem si male ab his tra-  
 ctaretur, boni deberet consulere, &  
 in lucro ponere. Iam vero si cogitet  
 quæ sit illorum vita, de quibus dici  
 potest. Bonum erat si natus non  
 fuisset homo ille: seque videt &  
 Deum amare, & ei placere posse, il-  
 lumq; Angelorum more laudare: cur  
 hic non maximo gaudio repleatur?  
 Apparet plane illum prudenter age-  
 re, qui pro agro hoc, in quo tantus est  
 thesaurus, id totum dederit, quic-  
 quid habet. Sunt tamen nonnulli  
 (quod dolendū est) qui quamvis res  
 suas

Mar. 14.

Mat. 13.

suas exterius reliquerint, necdum  
 tamen agrum hunc reperire potue-  
 runt. Cuius rei causam hanc possu-  
 mus dicere, quod non plene omnia  
 reliquerunt, sed aliquem vel affectū,  
 vel proprietatem adhuc retinet, quae  
 illos, quo minus possint thesaurum  
 hunc cernere, offusis videlicet tene-  
 bris impediatur. Quocirca diligens no-  
 bis est adhibenda opera in hac re. Ar-  
 gumento autem esse poterit ad id co-  
 gnoscendum, an videlicet in nobis sit  
 vera nostri cognitio, si nos ipsi odio  
 prosequamur, ut enim se quisque a-  
 gnoscit maxime, ita se maxime odio  
 habet? quoque minus agnoscit, minus  
 etiam odit. Supplicemus igitur Do-  
 mino, suae nobis sapientiae lumen in-  
 fundat, quo Civitatem hanc, id est,  
 animam nostram conspicientes, su-  
 per eam fleamus, atque indies & in  
 DEI cognitione crescere, & in eius  
 amore proficere mereamur. Amen.

# TRACTATUS SECUNDVS.

## DE CHRISTIANIS OPERIBVS.

AVCTORIS EPISTOLA  
*ad Religiosissimam fœmi-  
nam, Sororem Franciscani  
Ordinis Sanctæ Clarae Mo-  
nasterii Gandiænsis Abba-  
tissam, suamque amitam, &  
in CHRISTO Dominam.*



**M** cuperem, Re-  
uerenda admodû  
Mater, tibi pro his  
molestijs aliqua  
ex parte satisfacere,  
quarum tibi meis sæpe pec-  
catis

catis causa sui, nec me id putarem nisi bonis operibus facere posse, eaque mihi deesse viderem: id consilij cepi, vt me CHRISTI operibus sanctissimis coniungere assidua meditatione contenderem, sperans futurum, vt eius meritis, atque exemplis, boni aliquid tandem aliquando possem efficere. Ea itaque gratia, in hunc libellum, quod *Speculum Christianorum operum* dici potest, nonnulla congesti, quæ mihi ad eam ( de qua supra dixi ) satisfactionem commoda videbantur. Ea tibi, Mater obseruandissima, mitto, atque offero, tuamque Reuerentiam oro, vt me suis orationibus adiuuare non desinat, quando adeò infirmus sum, vt nec tibi sine ope tua audeam satisfacere. Debes tu quidem hoc si non mihi,

at

at Domino, & præceptorum tuo  
Christo, qui in Cruce pro nobis  
omnibus, vt satisfacere pro pec-  
catis possemus, se patri obtulit.

*Tsal. 61.*

Cum sit (vt est in Plalmo) reddi-  
turus DEVS vnicique secundum o-  
pera sua, illud nos Apostoli con-  
siliū amplecti oportet, quo

*Gal. 6.*

*Ioan. 9.*

admonet, vt operemur bonum ad  
omnes, dum tempus habemus. Ve-  
niet enim (vt est apud Ioannem)

nox, quando nemo potest operari.  
Quamobrem simul ac conce-  
ptum est aliquod bonum opus,

iudicioque rationis probatum,  
& à voluntate ita admissum, vt  
id quod sit ad DEI gloriam, aut

utilitatem proximi, aut Scriptu-  
ræ sacræ consentaneum, facere  
instituerit; diligenter, nullaque

interposita mora exequendum  
est. Si enim bona cum possumus  
operari, negligamus, magnum

ex eo

ex eo  
fatiu  
se, qu  
facere

lexi st  
num

Cæte  
presen  
num

Sieni  
catun

satisfa  
nis op  
velit q

operi  
Quia  
cabun

re im  
Prop  
cum I  
DEO

riam  
sint st

ex eo accipimus detrimentum, satiusque fuerat non deliberasse, quam, ybi deliberaris, non facere quæ facienda esse intellexisti. *Vulgatum est illud: Infer-*

*Bernardus.*

*num esse plenum bonis desideriis.*

Cæterum nullum ego putarim præsentius esse remedium hominum malis, quam bona opera.

Si enim peccatum sit, te, vt peccatum deleas, adiuuant: si vero satisfaciendum sit, non nisi bonis operib. id præstari potest: si velit quis perseuerare, nec id nisi operibus bonis consequi potest.

*Quia qui operantur in me, non peccabunt, sicut dicitur in Eccl. 24.*

*Eccl. 24.*

Quare imitandus est nobis Esaias Propheta, qui dicit, *Et opus meum*

*Esai. 49.*

*cum DEO: faciendaq; nobis in DEO sunt opera, & ad DEI gloriam referenda: ita enim fiet, vt sint stabilia, & permaneant. Quia vero*

*vero*



vero nostra opera Deo. nisi per  
 Christum, placere non possunt:  
 vt & possint esse grata, possint-  
 que in eius conspectu consiste-  
 re cum Christi operibus ea con-  
 iungentes, patri offeramus: ita e-  
 nim fiet, vt quæ per se nullius ad  
 beatitudinem momenti sunt,  
 Christi meritis & gratia, in Dei  
 conspectum admittantur. Idcir-  
 co enim Christus induit pauper-  
 tatem nostram, vt suis nos ipse  
 diuitijs indueret: itaque voluit  
 ambulare, comedere, ieiunare,  
 dormire, vigilare, atque eiusmodi  
 alia opera facere, nostræ utili-  
 tatis causa; vt ea videlicet patri  
 offerremus, atque ex ea oblatio-  
 ne fructum plurimum referre-  
 mus. Quanquam vero pro ta-  
 lento sibi credito possit quisque  
 ex hac exercitatione fructum ca-  
 pere, nec sit necesse his esse al-  
 liga-

D  
 liga  
 tame  
 quæ  
 prod

TRi  
 co  
 Maie  
 mere  
 se in s  
 dum,  
 aliqu  
 etli in  
 ea his  
 quoti  
 sis fac  
 te in r  
 primi

C  
 duas,  
 nudu

ligatum quæ dicemus: visum est  
tamen pauca de hac re scribere,  
quæ possent rudioribus saltem  
prodesse.

ARGVMENTVM.

Tria sunt, quibus exerceri animam  
conuenit, vt eius opera in diuinæ  
Maiestatis conspectum ascendere  
mereantur. Ea vero sunt: *Primum, vt  
se in singulis rebus confundat: Secun-  
dum, vt Deo gratias agat: Tertium, vt  
aliquid à Deo petat.* Quibus quidem  
et si in omnibus vti possit, nos tamen  
ea his solum accommodabimus, quæ  
quotidiana sunt. Tu vero ex his pos-  
sis facile intelligere, quemadmodum  
te in reliquis gerere debeas. Vt ergo à  
primis incipiamus.

Cum te mane vestibus  
induis.

CONFVNDERE quod te in- Confu-  
sio.  
duas, cum CHRISTVS in Cruce  
nudus tua causa sit.

Gra-

Grati-  
rum a-  
ctio.

Gratias age, quod nostram ille hu-  
manitatem pro nobis induit, quos  
sciebat quam essent beneficio tanto  
futuri ingrati; quodque nos gratia,  
quam saepe lacerauimus, veste indu-

Petitio.

it. Petas autem, vt quando te indu-  
ens, nudum vestis, sit ei gratum hoc  
misericordiae opus, atque id eum per  
eam ignominiae vestem obtestare,  
qua ab Herode indui iussus est.

Cum audiendi sacri causa tem-  
plum adis.

Confu-  
sio.

Quod DEVM, imperfectus ipse,  
laudaturus templum adeas, quem  
perfecti Angeli perpetuo laudant.

Grati-  
rum a-  
ctio.

Quod cum ex eius domo peccati  
abstractus tam saepe abieris, reuocat  
ille tamen toties te, & stans ad osti-  
um pulsat.

Petitio.

Vt per eam charitatem, qua bea-  
tissima Virgo filium in templo pra-  
sentauit, tu DEO presentari,  
&

*& Spiritus sancti templum effici merearis.*

**Cum oras.**

*Considera tuorum peccatorum multitudinem, & cum publicano dic: DEVS propitius esto mihi peccatori.*

Confusio.

Luc, 18.

*Quod pro te Christus orarit, idque impetrarit, vt, cum tu oras, exaudiaris.*

Gratiarum actio.

*Vt per eam orationem, quam in deserto pro peccatoribus fudit, ea dignetur dona concedere, qua nos oratione dominica petere iussit: recitabis vero eam semel.*

Petitio.

**Cum sacrum audis.**

*Quod ad id te negligenter preparaueris, vt DEO in sacro assisteres, quodque beneficij huius continuatio, qua te debuit magnopere promouere, vt id magnifacias, (est enim immense CHRISTI charitatis argumentum) ipsa negligentem,*

Confusio.

tem, adeoq; ingratum reddiderit.

Gratia-  
rum a-  
ctio.

Quod te Angelum efficit, si viuam eum, quem adoras, fide confiteris. Est enim Angelorum DEO assiste-  
re, eumque sine intermissione lau-  
dare.

Petitio.

Vt per illud sacrificium, cuius hoc monumentum est, sui sanguinis tibi merita impertiat: tibi que huius sacrificij virtute eam lacrymarum copiam det, quibus peccata abluas, faciatque vt mortuo in te veteri homine, cum CHRISTO resurgas.

Confu-  
sio.

Cum mensæ affides.  
Quod eius pane, vesceris, cui infidelis, & ingratus fueris.

Gratia-  
rum a-  
ctio.

Quod te, cum ipsius inimicus esses, hactenus enutrierit.

Petitio.

Vt per eum amorem, quo in deserto turbas paucis panibus saturauit sue gratie pane te quotidie pascat.

In negocijs, quæ ad nostram,  
vel proximi vtilitatem per-  
tinent.

Quod nos nostram, vel proximi  
causam DEVS agere velit, qui nobis  
ipsi, atque aliis saepe detrimenti cau-  
sa fuerimus: cum presertim tanti  
momenti sit proximorum vtilitati  
studere, vt ea causa CHRISTVS  
in hunc mundum venerit, vt nostram  
videlicet, & proximorum causam  
ageret.

Confu-  
sio,

Quod cum his ipse negocijs nihil  
indigeat, ita ei tamen, quasi indige-  
ret, grata sunt.

Gratia-  
rum ac-  
tio.  
Petitio,  
Luc, 20

Vt per eam charitatem qua di-  
xit, in ijs oportere se esse, quæ  
sui patris essent, eam nobis grati-  
am concedat, vt in his semper simus,  
quæ ad eius gloriam, & honorem  
pertineant.

Cum vesperi oras.

Quod Deum alloqui debeas, quæ  
tre-

Confu-  
sio.

trementes dominaciones, & potestates adorant.

Gratiarum actio.

Quod ad orandum animum nobis dans iubet, vt à se petamus.

Petitio.

Vt per eam voluntatis suae cum Patris voluntate consensionem, qua in horto sanguine sudans Patri dixit,

Mat. 26. xit, Non quod ego volo, sed quod tu, diuinae voluntati conformes & in vita, & in morte esse mereamur.

Cum caenas.

Confusio.

Ob negligentias eo die commissas: quare dolens comede, & dic cum

Psal. 41.

Propheta: Fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte.

Gratiarum actio.

Quod de prandij beneficio ingrato caenam preparauerit.

Petitio.

Vt per eam charitatem, qua se in vltima caena in cibum dedit, nos prepararet, vt se humiliter recipiamus, eiq; semper charitatis vinculo coniuncti simus.

Cum

Cum oras cubitum iturus.

Quod cum Christus in cruce tanto & amore, & dolore pro te preces fuderit, tu tamen parum ames parumque doleas.

Confusio.

Quod moritur ille, & tu viuas.

Gratiarum actio.

Vt per eum dolorem quem sensit ipse quidem moriens, eius vero mater morientem aspiciens, id nobis concedat, vt & in morte nostra mortis ipsius recordemur, & propter ipsius mortem nostra sit eterno Patri accepta.

Petitio.

Cum te noctu vestibus exuis.

Quod requiescere in lecto vis, idque exutus vestibus, cum pro te Christus & indutus vestibus somnum cepit, & vbi caput reclinaret non habuerit.

Confusio.

Quod iis quæ pro te passus est, tibi veterem hominem exuerit.

Gratiarum actio.

Vt per eum dolorem quem sensit cum

Petitio.

cum



698 TRACTAT. SECUNDVS.

*cum vestibus crucifigendus exueretur, nos malis mentis habitibus, & moribus exuat, vt nudi rebus terrenis crucem amplectamur, atque in cruce morientes nuptialem vestem mereamur, quam preparauit eternus Pater diligentibus se.*

FINIS PRIORIS  
EXERCITII.

*QVIA vero longum esset exercitij huius formam ad omnia nostra opera accommodare, hæc satis sint, ex quibus, quemadmodum reliqua ad hanc normam exigenda sint, facile colligi posset. Quod si cui placet in cæteris etiam exerceri, hac, quæ sequitur, forma vti poterit.*

*Cum stat.*

*Meminerit stantis ante iudicem*

**CHRISTI.**

*Cum*

Cum sedet.

*Sedentis CHRISTI, cum ei  
illudentes impij dicerent: Ave Rex  
Iudaorum.*

Cum ambulat.

*Per Samariam transeuntis, item-  
que in Caluarie montem ascenden-  
tis.*

Cum defatigatur.

*Defatigati ex itinere, & super  
fontem sedentis.*

Cum equo insedit.

*Vecti asino, atq; Hierosolymam  
ingredientis.*

Cum aegrotos inuisit.

*Aegrotos sanantis.*

Cum eius bona opera repre-  
henduntur.

*Accusationis Iudaorum, & mur-  
murationis, quod Christus in Sab-  
batho curaret.*

Cum ei ab aliquo asperius re-  
spondetur.

*Eius*

600 TRACTAT. SECUNDVS.

Eius responsionis, Sic respondet  
Pontifici? eius etiam colaphi, quem  
in Christi faciem sacratissimam im-  
pius minister impigit.

Cum fame premitur.

Eius quam in deserto passus est.

Cum friger.

Argentis in praeseptio Christi.

Cum sitit.

In cruce sitientis.

Cum excitatur à somno.

A suis discipulis, cum in naui dor-  
miret, excitati.

Cum in diuersis deseritur ab  
amicis.

A fugientibus discipulis destitutus.

Cum discedit ab amicis.

A virgine ad passionem abeuntis.

Cum eius bonis operibus  
detrahitur.

Detrectationis Iudeorum, cum  
dicerent: In principe demoniorum  
eijcit demonia.

Cum

Cum publice contumeli-  
am patitur.

*Producti ad populum à Pilato, di-  
cente, Ecce homo.*

Cum falso accusatur.

*Accusati in domo Caiphe.*

Cum iniuriam patitur.

*Ad mortem iniquissime conde-  
mnati:*

Cum dolore aut morbo  
grauatur.

*Flagellis caesi ad columnam, spi-  
nisque caput cincti, atque in crucem  
adacti, vbi à planta pedis ad verticē  
non erat in eo sanitas.*

Denique cum morti propin-  
quus est.

*Morientis CHRISTI recordetur,  
atq; in Patris manus spiritum com-  
mendantis.*

*Atq; ita in omnibus CHRISTO,  
quē similia aut fecisse, aut pati me-  
minit, sese offerat. Ita ex his & si-*

B b

mili-

milibus effectibus, magnum, qui se ex charitate hoc modo diligenter exercebit, fractum referre poterit.

Porro quia haecenus fere exteriorum rerum exempla posita sunt, de interioribus nonnihil etiam addendum putauimus: idq; in spiritualium praesertim virorum gratiam, qui non tam corporis quam spiritus molestias, & labores sentiunt.

Cum igitur à se datum ex charitate consilium videt à proximo non recipi: meminerit CHRISTI etiam consilia fuisse à plerisque spreta.

Cum offendi passim DEVM videns egrefert: vehementer commotum CHRISTVM ex templo vendentes, atq; ementes aliquando eiecisse recordetur.

Cum videt spiritualem aliquem amicum virtutis viam deserere: quid CHRISTVS senserit, cum

Iud  
tem

C  
past  
dign  
senfe  
Met  
aute  
tum

C  
vidiss  
sent,

C  
persec

STV  
seant  
& tra  
set.

Cu

quas C

Cu

tatem

STVS

*Iudam vidit veritatis viam deserentem.*

*Cum considerat quam pauci sint pastores in domo DEI, qui suo pro dignitate munere fungantur: quid senserit CHRISTVS cum dixit, Messis; quidem multa, operarij Matt. 9. autem pauci: atque ea causa quantum fleuerit.*

*Cum dolet ob defectus proprios: vidisse Dominum eos antequam essent, & doluisse.*

*Cum videt collapsum aliquem ex perfectionis statu, quam CHRISTVS agre tulerit casum Petri, qui se antea fuisset confessus Filium Dei, & transfiguratum in monte vidisset.*

*Cum tentationibus premitur: quas CHRISTVS tulerit in deserto.*

*Cum videt malis bonorum societatem displicere: quo animo CHRISTVS fuerit, cum Gerasenus, ad Marc. 5.*

Luc. 8. quos bonitate, & charitate permotus venerat, rogantes videret, vt ab illorum ipse finibus discederet.

Cum dolenter proximi alicuius peccata: cogitet appropinquantem  
 Luc. 19. CHRISTVM Hierosolymorum Ciuitati super eam fleuisse.

Cum imperfectam fidem habere quenquam videt: meminerit dicentem CHRISTVM discipulis, qui ob incredulitatem demonium eicere non potuerant: O generatio incredula, vsquequo patiar vos?

Cum irrident bonos mali: dictū esse CHRISTO in cruce, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.

Cum hi qui male vixerant, moriūtur: magnopere doluisse CHRISTVM videntem paucis suum esse sanguinem profuturum.

Cum sibi deuotionis spiritum deesse sentit: dicentem CHRISTVM,  
 DEVS,

DEVS, DEVS meus, vt quid dereliquisti me?

Cum DEI quis nomen blasphemat: vidisse id CHRISTVM olim, & doluisse.

Cum se familiaritate DEI priuari sentit, eique cupit esse quam coniunctissimus, aut cum se huius vite periculis eripi optat: quanta illa fuerit CHRISTI charitas, cum Patrem pro re hac ita oraret: Pater, pro eis rogo, vt vnum omnes sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.

Hec (inquam) ita cogitanda, & cum quid accidit, id in mentem reducendum, quod CHRISTVS in simili statu constitutus senserit, eique quod nos vel agimus, vel patimur, offerendum. Qua in re sedulam quisque debet operam ponere, nec sibi tantam salutis occasionem oblatam eripi sinere: alioquin non solum turpis



negligentia, sed etiam insignis erit ingratiudinis nota, si, quae tam facile possumus assequi bona, parui faciamus. Quare te oro, monco, atque hortor, o anima, quaecunque es, ne tantum bonum negligas: sed cogites quam sit facile, quod à te exigit DEVS, quanta verò largiri cupiat. Petit enim ex te, quae etiam ipso non petente fueras factura: & ambulandum enim est, & comedendum, & laborandum, & agrotandum denique, ac moriendum. Quae tu, & eiusmodi cetera, si tua aut mundi causa agas, vel patiaris, praterquam quod & laboriosa erunt, nullum ex his fructum referes: si autem CHRISTI amore agas, ac feras, & erit tibi leuior labor, (recre. t enim CHRISTVS pro se laborantes) & ubi ipsa transacta erunt, premium accipies, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec vlla potest lingua

Tab. 5.

1. Cor. 2.

gua enarrare. Quamobrem committendum nullo modo est, ut tantam culpa nostra felicitatem amittamus: sed in id potius totis viribus incumbendum, ut CHRISTVM in omnibus imitemur. Ita fiet, ut illa nos subinde verba consolentur: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ: lucem videlicet illam, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, omnesque beatos in vita æterna portum feliciter perduxit. Quo nos DEVS gratia sua tandem aliquando perducere dignetur, ut Patrem, Filium, & Spiritum sanctum laudemus, & glorificemus in secula seculorum.

Amen.

Bb 4 TRA-

Ioan. 8.

Ioan. 1.

TRACTATUS  
TERTIVS.

COLLYRIUM  
SPIRITVALE.

PROLOGVS.

**H**UMILITAS  
X D A M N I S  
quæ nobis super-  
bia affert, potest  
humilitatis fru-  
ctus agnosci, quæ  
eo in scriptura magis celebratur,  
quo magis est ad vitam spiritua-  
lem inter virtutes cæteras neces-  
saria; quippe quæ sit totius ædi-  
ficij spiritualis fundamentum.  
Parum enim profuerit, scientiã,  
aut fortitudinem, aut liberalita-  
tem, aut eiusmodi virtutes ac-  
quisisse, nisi eas quis humilitate  
con-

confe  
Eleen  
tuitur  
vitiu  
ctus e  
tur se  
reant  
cum  
possit  
esse fu  
que v  
quod  
deiec  
fuera  
batur  
rit. C  
esse  
virtu  
dare,  
mini  
bile e  
que e  
geter

conferuet. Etenim quid prodest  
 Eleemosyna, quam, cum desti-  
 tuitur humilitate, vanæ gloriæ  
 vitium inficit? Quis porro fru-  
 ctus ea quæ fortiter facta putan-  
 tur sequi potest, si humilitate ca-  
 reant hi qui ea gesserunt? Id quod  
 cum de reliquis virtutibus dici  
 possit, planè apparet magnum  
 esse superbiæ detrimentum: id-  
 que vel ex eo cognosci potest,  
 quod hæc vna de cælo Luciferū  
 deiecit, & hominem ex eo quo  
 fuerat honore præditus detur-  
 batum, similem iumentis effece-  
 rit. Quod cum ita sit, non puto  
 esse necessarium, humilitatis  
 virtutem magnopere commen-  
 dare, sine qua, quod altum ho-  
 minibus esse videtur, abomina-  
 bile est ante DEVM: tantum ita-  
 que ea tradam, in quibus si dili-  
 genter verseremur, hanc poterimus

610 TRACTATUS TERTIVS

virtutem facilius consequi: quā  
nisi diligenter custodiamus, quæ  
est inimicorum nostrorum in  
oppugnando dexteritas, facile  
erit amittere. Quare attente quæ  
sequuntur consideranda sunt ei,  
qui velit tanto hoc præsidio cō-  
tra omne genus mali vti, de quo  
scriptum est? *DEVS superbis resi-*

*1. Pet. 5.*

*stit, humilibus autem dat gratiam.*

Quod vt studiose faciās, amice  
Lector, id te monere possit,

quod cum beatissima Virgo vir-  
tutibus omnib<sup>9</sup> cumulata esset,  
humilitatis tamen solius videtur  
meminisse, cum Dominum ma-  
gnificans dixit: *Respexit Dominus*

*Luc. 1.*

*humilitatem ancillæ suæ, ecce enim*  
*ex hoc beatam me dicent omnes ge-*  
*nerationes.* Quod cum ad humi-  
litis cōmendationem magno-  
pere facit, tum illud quod Do-  
minus præ cæteris virtutibus hu-  
mi-

militatem, & mansuetudinem  
à se homines discere vult: quod  
certè omnes deberet maxime  
excitare ad diligenter in hac præ-  
cipue virtute operã ponendam.

## ARGVMENTVM.

CVM hoc vnum præcipue nos so-  
leat in superbiam efferre, quod  
nobis plus æquo tribuimus: par est,  
tantum hoc malum, atque animæ  
detrimentum, quod ei sui ignorantio  
affert, contrario adhibito remedio  
pellere. Quocirca vt solet aduersa-  
rius ea menti offerre, quæ hominis  
cogitationem dissipant, atque à sui  
cognitione auertunt: ita contra o-  
pus est, in his mentem assidue exer-  
ceri, eaque considerare, quibus in ve-  
ra humilitate conseruetur. Quo verò  
vbique se possit defendere, quando  
vndique oppugnatur, Tractatum  
hunc (quo id instituimus docere, quo  
se quisque pacto in spiritualibus re-  
bus, atque corporalibus, quo etiam  
in exterioribus, atque interioribus  
possit confundere, id est, de se, vt de-  
bet,

bet,

612 TRACTAT. TERTIVS

bet, humiliter sentire, seque in omnibus humiliter gerere) ita diuidemus, vt primo loco dicamus, quemadmodum eorum quæ sub terra sunt, possit consideratione confundi: secundo verò, vt exijs quæ sunt super terram, inanimatis videlicet creaturis, atque iis quæ vegetandi, & sentiendi vim habent, ex proximis denique, atque ex seipso humilitatis fructum possit referre: postremo vt exijs quæ in cælo sunt, & super cælum, Angelis nimirum, & Sanctis, diuina denique Maiestate, eundem confusionis fructum reporteret: ita possit anima vbique & humilis esse, & Deo placere,

PRI-

PRIMA PARS,

QVA TRADITVR,  
quemadmodum eorum  
quæ sub terra sunt, se  
possit anima considera-  
tione confundere.



MULTA sunt in infer-  
ni consideratione,  
quæ ad nostram con-  
fusionem, atq; hu-  
militatem plurimū

Confundit nos infernus.

valeant. Primum enim, quem non  
moueat, quod cum vno solo peccato  
in tanta supplicia demones sint con-  
iecti, se tamen, qui tam multa com-  
miserint, nec dum vident digna sup-  
plicia pati? Quem, inquam, non con-  
fundat, qui in se Dei patientiam  
tantam experitur, vt cum tam seue-  
rus iudex fuerit in demones, ei lo-  
cum penitentia tam benignus con-  
cedat?

Dæmones.



## 614 TRACTAT. TERTIVS.

cedat? Quod eo magis permouere  
vnumquemque debet, quod eam so-  
leant homines in persuadendo aliis  
peccato diligentiam adhibere, quam  
nec à Lucifero factam vsquam legi-  
mus: nec enim verbis tantum ho-  
mines, solaque, vt Lucifer, signifi-  
catione, sed importunis etiam pre-  
cibus, sed pecunia, sed honore, sed  
vita, omnibus denique quibuscunq;  
possunt modis, alios in peccatum im-  
pellunt: vt hominum malitia hæc  
certe in parte Luciferi malitiam ex-  
cedere videatur. Quod vel vnum,  
hominum superbiam eo vsque debe-  
ret deprimere, tantamque homi-  
ni confusionem asferre, vt ea, ali-  
qua saltem ex parte, quod in in-  
ferno supplicij peccata nostra me-  
rentur, compensaretur. Accedit hæc,  
quod eo vsque procedit plerunque  
hominum nequitia, ne dicam insa-  
nia, vt ipsum etiam demonem soleat  
ad

ad se tentandum prouocare eique ad  
 sui interitum tanquam arma præ-  
 bere: vt mihi immerito facere vide-  
 antur, qui, cuius ipsi damni causa  
 sunt, in dæmonem culpam solent re-  
 ñcere. Quod si qui alios ad crimina  
 pepulerunt, vix pro confusione inter  
 eos consistere possunt ante terrenum  
 iudicem; quanta par est confusione  
 plenum esse, qui se cum dæmonibus  
 ante CHRISTI tribunal sisti  
 consideret? Hæc si quis, qua debet,  
 attentione secum reputet, possit ille  
 quidem, & certe debet, ob propriam  
 malitiam eo vsque confundi, dum  
 plene intelligat quanta non solum  
 in hac vita, sed in ea etiam qua nul-  
 lum sit finem habitura, suis pec-  
 catis supplicia promeruerit. Ita  
 fiet, vt leue ei videatur omne quid-  
 quid in hac patitur, si cum ijs  
 conferat, quæ in inferno (si cū eo pro-  
 meritis actum esset) fuisset passurus.  
 Itaque

Itaque confusione plenus, & suam miseriam agnoscat, & eam, qua se tamen indignum sentit, misericordiam petat.

Ne vero quisquam eorum, qui se iis (de quibus iam diximus) malis liberum putat, existimet, non esse cur se magnopere confundat: quisque secum de hac re sic reputet, nihil esse cur de se minus humiliter sentiat; quin potius eo maiori se confusionis obligatione obstringi, quod vna cum tantis malis Dei gratia per singula temporum momenta eripiat: quae nisi hominibus praesens esset quis non in peccati foueam caderet, adeoque aeternis supplicijs dignus esset? Cum vero haec Dei misericordia euaserit, quas non ei gratiarum actiones debeat? Magna certe ijs se confundendi causa inest, qui cum perpetuo Dei misericordiam tantam experiantur, tantopere nihilominus sunt ingrati: atque

atque  
quo se  
gnosca  
sequio  
ferno  
Quam  
confid  
magni  
ferre i  
sponde  
nition  
humili  
& in  
um.  
habet  
dat, ni  
quis d  
intelli  
tum t  
Vbi q  
setam  
gnosci  
ret, qu

atque eo magis humiliari debent,  
 quo se minus DEI gratia dignos a-  
 gnoscunt, nihilque minus in DEI ob-  
 sequio facere debent, quam, si ex in-  
 ferno educerentur, fuissent facturi.  
 Quam si quisque obligationem recte  
 consideret, seque pro beneficiorum  
 magnitudine parum posse DE Ore-  
 ferre intelligat, hic non animum de-  
 spondeat, sed illa se Propheta admo-  
 nitione consoletur: Ne auertatur *Psal. 75*  
 humilis factus confusus, pauper,  
 & inops laudabunt nomen tu-  
 um. Denique si coram demonibus *Дамна-*  
 habet homo multa quibus se confun- *ti.*  
 dat, nihil se minus debet coram reli-  
 quis damnatis confundere, quando  
 intelligit multos esse ob vnum pecca-  
 tum tantum coniectos in infernum.  
 Vbi quid sentire equum est eum, qui  
 se tanta, tamque multa peccasse a-  
 gnoscit? Debet certe qui hac conside-  
 ret, quantum illos peccatis, tantum  
 etiam

etiam confusione, si potest, superare.

Limbus

Iam vero si eos qui in limbo sunt, consideres, quantaque te DEVS misericordia à multis quæ accidere solent periculis ereptum, ad baptismi gratiam, ne illo caderes, tandem perduxerit, est certe quod plures lacrimisque tantam ingratitude diluas: eoque magis, quod qui in limbo sunt, nullum vnquam mortale peccatum commiserunt, tu vero quoties id commisisti, toties fuisti infernum promeritus. Quod si illi minori peccato in tam profundum locum deiecti sunt, qua tu fronte audeas super terram viuere, qui Deum toties grauissime offendisti? Quibus vero oculis audeas DEI visionem contemplari, qua illi multo minore culpa priuati sunt? Hec si recte consideres, nec illos qui in limbo sunt, dum tua cum illorum peccatis

con-

confers, intentis audeas, sat scio, oculis aspicere.

At eorum consideratio qui in Purgatorio sunt, eo nos debet magis confundere, quod illi quamquam tuto iam loco, tantisque mundi malis crepti, certi praterea nunquam se amplius DEVM offensuros, in portum denique prouecti, in suppliciis tamen sunt: nos vero & tempestatibus iactamur, & salutis nostre incerti, inter astutos admodum, & acerrimos hostes, adeoque in perpetuis periculis versamur. Quod si cuiquam confusionem minuatur, quod illos intelligit digna peccatis supplicia pendere, is ita putet, nonnullos fortasse ibi cruciari suo vel exemplo, vel prauis consiliis, vel scandalo, vel denique negligentia in peccatum impulsos: plerosque etiam ibi diutius retineri, quod eius orationibus, alisque suffragiis minus adiuuen-

Purgatorio

iuuentur. Id ergo istum (quisquis est)  
 confundat, quod eis ut pariantur  
 causa fuerit, opem ut liberentur aut  
 nullam, aut exiguam ferat: propri-  
 asque putet eorum culpas, & suas,  
 quia nescit an solo purgatorio igne  
 sint diluenda, eo se magis,  
 magisq; confun-  
 dat.

SECUN-

SEC

Q

qu

qu

m

co



so, app

qui pec

magn

quant

miliar

atoris

runt!

lum ve

bent,

nostr

## SECUNDA PARS,

QVA TRADITVR,  
quemadmodum eorum  
quæ in terra conspici-  
mus, consideratione  
confundi debeamus.



*I* eorum qui noxi  
sunt comparatione  
nocentiores inueni-  
mur, quales coram  
innoxijs rebus, que-  
so, apparebimus? Etenim si eorum  
qui peccarunt, consideratio nostram  
magnopere superbiam deprimit;  
quanto nos eorum consideratio hu-  
miliare debet, quæ nunquam à Cre-  
atoris præcepto vlla in re discesse-  
runt! Inanes dico creaturas, quæ so-  
lum vegetandi, vel sentiendi vim ha-  
bent, vehementer quidem arguunt  
nostram inobedientiam, ingrati-  
tudinem,



**Cōfun** *dinem atque inertiam. Terra quidem, quæ fructum profert, nos plane reprehendit, qui infructuosi, atque steriles sumus. Aqua vero, dum præta irrigat, sitim sedat, ea que facit, quæ à DEO data hominibus est, quantum eos arguit, qui eam tum Creatori negant, cum ipsius nomine petenti pauperi præbere omittunt.*  
**Ignis.** *Im vero ignis, dum sapidas carnes reddit, quantum eorum crudelitatem cōdemnat, qui proximi carnem inclementer tractant! Quantum porro aër, qui nostram perpetuo vitam tuetur, negligentiam nostram in DEI obsequio, quos vel una hæc res maxima DEO seruiendi obligatione deuincit. Petra vero quæ in CHRISTI passione quamquam insensibiles scisse sunt, quantum deberant nostram duritiam, atque inciuilitatem confundere! Est mel palato dulce, nos vero DEO a-*  
*maris-*

marisimi: suavis est florum odor, at Flores.  
 nostrorum quantus est peccatorum  
 fetor! Crescunt planta sursumque Plantæ.  
 tendunt: at homo, dum vilia secta-  
 tur, se magis, magisque indies depri-  
 mit: cui quanto esset consultius vel  
 in hac re arbores imitari! quæ quo  
 in profundum plures radices iaciunt,  
 maiorem ex iis ad ramos virtutem  
 trahunt: sic enim homo, si profun-  
 das humilitatis radices iaceret, ma-  
 gnum virtutum fructum referret.  
 Iumen-  
 lam vero quem non moueant iu-  
 mentorum seruitia? cum præsertim  
 ta.  
 iis exhibent, qui se peccatis iumentis  
 similes reddiderunt? Quanto vero  
 dignior est, qui hæc male tractat,  
 qui male tractetur! aut quis non iu-  
 remiretur obedire hæc illis, qui Dei  
 tamen voluntati repugnent? In-  
 Aries  
 duit te aries pelle, et vestit lana suisq;  
 sustentat carnib.: tu vero eis cū in Dei  
 gloriã vti deberes, his atq; aliis Dei  
 be-

beneficiis abuteris dumq<sup>3</sup> millemodis tua concupiscentia studes satisfacere, & creaturis, & DEO iniuriam facis. Fatigatum labore leuanti supposito tergo iumenta, seduloque in ea re suo, qui eas in hunc finem creauit, creatori parent: tu vero nihil minus quam finem tuum aut cogitas, aut quæris, quem certe parerit DEO aliquam (si ita dicere licet) quietem adferre, quando ex eius creaturis tantum in labore leuamen capis? Non est quidem quod quiete putemus indigere DEVM, qui quidem summa est sui. atque omnium felicitas: sed quiescere tamen (quæ eius est benignitas) putari se vult iniustorum animis, Deliciasque suas, ait, esse cum filiis hominum: de quibus tamen in hunc modum merito conqueritur: Laboraui sustinens O quantum verbum hoc ad nostram confusionem valere debet, quan-

Pro. 8.

Isa. 1.

quando nostris Deo operibus laboris  
 causa sumus, cum quietis tamen esse  
 deberemus! Itaq; non de brutis, sed  
 hominibus dictum est: Pœnitet me  
 fecisse hominem. Hæc te, o pulvis,  
 & cinis, humilient, hæc tibi lachry-  
 mas excutiant: idq; præsertim cum  
 creaturam seruitio quietem tibi ad-  
 ferre sentis, quando non tu similiter  
 erga DEVM te geris. Cum vero iu-  
 mentis tuis pabulum das, ita puta,  
 quanto æquius est illis te, quam tibi  
 illa seruire, quæ nunquam DEO  
 nec rebellia, nec ingrata fuerunt.

Genes. 6.

Serpentium prudentia, qui se-  
 runtur admota altera aure terra,  
 alteram, ne vocem incantatoris au-  
 diant, cauda occludere; tuæ te im-  
 prudentiæ admoneat, qui ne ad de-  
 monis quidē tentationes aures clau-  
 dere didicisti. Tuam tibi inertiam  
 formica demonstret, ea in estate  
 preparans, quæ sint ipsi in hyeme

Serpentes.

Psal. 57.  
Eccli. 12.Formice  
Prov. 6.

vsui futura : quod vel vnum plane  
tuam negligentiam arguit, qui non  
ea, dum viuis, merita prepares, qui-  
bus sis post hanc vitam maxime  
opus habiturus.

Apes.  
Bomby-  
ces.

Quo verò sit latior meditandi  
campus, apes cogita, & bombyces, &  
eiusmodi reliqua animalia, ita tibi  
admiranda multa, quæq; magnam  
in te excitent confusionem, occur-  
rent: quæ nos consulto omittimus, ut  
prolixiores simus; simul etiam quod  
nobis id propositum sit, ut rem tan-  
tum iudicemus, quæ sit diligenter  
ab vnoquoque cogitanda, maiora  
melioribus ingenijs relinquētes. Hoc  
verò interim admonemus, magnam  
in creaturis omnibus suppetere con-  
fusionis materiam, si, quoties vna  
qualibet occurrit, persuasum habe-  
as, te, quoties Creatorem offendisti,  
non id meruisse tantum, ut earum  
obsequio careres, sed ut illæ etiam in  
te

DEI  
cum eas  
bi adhu  
quantag  
fericordi  
ad DEI  
Ne v  
rundan  
que vel  
conspici  
nem vid  
putet no  
rebus in  
endum e  
nisi qua  
DEI iud  
ea que c  
(quipp  
habean  
esse à n  
illud p  
quale si  
cum fa

DEI iniuriã vlciscerentur. Quod cum eas necdum fecisse vides, sed tibi adhuc seruire, quantas debes, quantaq; cum humilitate, DEI misericordie laudes! quam sepe porro te ad DEI obsequium paratum offerre!

Ne verò quenquã impediatur quorundam brutorũ consideratio, dumque vel volutantem se in luto suem conspicit, aut cum resumentem canem videt quod euomuerat, se illis putet non esse sordidiorum. Utque de rebus iudicet quisque vt par est, sciendum est, nihil per se malum esse, nisi quatenus in conspectu DEI, vel DEI iudicio malum est. Quare cum ea que de sue, & de cane diximus, (quippe quæ sint eis naturalia) non habeantur mala coram DEO, non esse à nobis mala existimanda: sed illud potius cogitandum peccatori quale sit, aut quas mereatur poenas, cum faciat sus secundum naturam,

Sus,  
Canis.

dum voluitur in luto; facit ille con-  
 tra naturam suam, cum DEVM nec  
 amat, nec DEO seruit: cumque in  
 2. Pet. 2. peccato quiescit, in quanto fordi-  
 diore quam sus luto volutetur; quan-  
 toq; (cum ad relictum peccatum re-  
 dit) foedius quam canis ad vomitum  
 reuertatur: atq; id eum confundat,  
 eoq; magis, quod ista intelligit DEO  
 magnopere displicere. Non itaque  
 quenquam renocent à confusione  
 quorundam irrationalium anima-  
 lium facta, sed sua quemq; male acta  
 confundant, qui iudicio libero pre-  
 ditus, omne potuit, & debuit ma-  
 lum vitare. Atq; hæc de ijs qua rã-  
 tione carent. Sequitur vt dicamus,  
 quemadmodum nos debeat rationa-  
 lium creaturarum, id est proximo-  
 rum nostrorum, consideratio con-  
 fundere. Sunt igitur in his superiores  
 alij, alij æquales, alij vero inferiores:  
 de superioribus pauca dicam, quan-  
 do

Rationa-  
 lia con-  
 fundunt  
 nos.

Superio-  
 res.

eorum auctoritas, & in te pote-  
 as, tantopere debet mouere ad hu-  
 militatem cum presentes sunt, vt  
 nisi te humillime coram ipsis geras,  
 rationis iudicio carere videri possis,  
 qui non consideres quam illi, &  
 qualem personam gerant.

Confundat verò te, magnòq; ti-  
 more concutiat, quod cum sint hi  
 ministri DEI, non de te, qui diuinã  
 Maiestatem laeseris, pœnas sumant.  
 Itaq; si iubeant aliquid si reprehen-  
 dant, si castigent, id tibi, quamquam  
 aliis durum videri possit, debet leue,  
 & suaue videri, siue id cogites quod  
 mereris, siue id memineris quod olim  
 sub demonis potestate faciebas, cum  
 videlicet sub eius vexillo peccato ser-  
 uires, eiusq; in rebus non ferendis iu-  
 rum ferres: vtebatur enim te tan-  
 quam carnifice, cum videlicet te ad  
 perpetrandum opere aut mente ho-  
 micidium adigebat; te deniq; tan-

Cc 3 quam



quam foetidorum & corporum, & animarum vectore, vtebatur, cum tuis vel exemplis, vel persuasionibus multi in peccatum cadentes, in infernum tandem precipites ibant. Hanc tu tam miseram seruitutem si tecum reputes, dulcia tibi videbuntur omnia superiorum tuorum praecepta, cum te praesertim illi non iubeant facere, nisi quae ad pacificam, quietamque, & fraternae charitatis plenam vitam pertinent: teque indignum iudicabis, qui eos habeas superiores, qui sint ipsi ministri principis pacis, & tibi occasio magna merendi vitam aeternam. atque haec de superioribus sint satis.

Aequalis.

Æqualium consideratio ita te confundet, si te indignum putes qui equalis dicaris ijs, quibus vel dignitate, vel officio minor non sis: debes enim illorum virtutes cogitare, quibus te coram DEO maiores sunt.

Quod

Quod v  
ita cog  
malis n  
ipse, q  
& appe  
peccata  
Quod c  
tata c  
ta, me  
iudicari  
Quocir  
mum,  
sed por  
ctari ill  
dilectum  
rectione  
esse: con  
teid tui  
qui pro  
consequ  
gna pro  
Si diu  
sile qui

Quod ut tibi persuasum omnino sit,  
ita cogita; nimirum tibi te ipso in  
malis notiozem esse: scis enim de te  
ipse, quam multa & male cogites,  
& appetas; aliorum vero interiora  
peccata non tibi perinde certa sunt.

Quod cum ita sit, sintque tibi pecca-  
ta tua certa, aliorum autem incer-  
ta, merito te debes peiorem ceteris  
iudicare, adeoque reliquis inferiorem.

Quocirca si quenquam vides infir- Infirmi.  
mum, cum tu sanus sis, noli efferris  
sed potius humiliter considera, tra-  
ctari illum à Patre caelesti tanquam  
dilectum filium, te vero paterna cor-  
rectione, & amoris poena indignum  
esse: contra vero si tu egrotus sis, puta  
te id tuis peccatis meruisse; alios vero  
qui prospera utuntur valetudine, id  
consequutos, tanquam quibus non ma-  
gna pro peccatis satisfactione opus sit.

Si diues sis, illud time, quam diffi- Diuites.  
cile qui pecunias habent, in regnum

DEI introibunt: si proximus cogita  
ei, quod fidelis sit dispensator rerum  
Domini, auctum fuisse talentum.

Paupere-  
res.

Si pauper sis, DEI iusto iudicio,  
& tuis meritis tribue, qui vel spiri-  
tualia bona tibi à DEO data disti-  
paueris, aut egentès proximos re,  
cum posses, aut orationibus, atque  
alijs huiusmodi eleemosynis non iu-  
ueris: si proximus, existima eius à  
DEO votis satisfactum, magnosq; il-  
lum à DEO beneficio cumulatum,  
qui CHRISTO paupertate similis  
effectus sit. Ita te si in proximorum  
rebus geras, deque illis & te sentiat,  
(vt par est) nunquam tibi confusio-  
nis materia deerit.

Inferio-  
res.

Nec vero putes defuturam in re-  
bus inferiorum: nec enim hi quod  
sint inferiores officio, contemendi  
sunt; sed potius eo pluris sunt facien-  
di, quod ijs tanquam fortioribus  
maiora onera DEVS iniungat, te-  
cum

cum vero tanquam cum imbecilliori  
 clementer agat, qui illorum non  
 possis (qua tua est infirmitas) mor e  
 viuere: nec enim tantum habes ani-  
 mi, aut virium, vt noctu, diuq<sup>3</sup> possis  
 tam multa pati. Quod si cogites,  
 quam illorum pleriq<sup>3</sup> lato animo  
 suos ferant labores, quamq<sup>3</sup> paucis  
 in sustentanda vita contenti sint,  
 deniq<sup>3</sup> si cum eorum virtute tuam  
 imbecillitatem conferas, magnam  
 humilitatis materiam habebis.

Cum te famuli comitantur, id te **Famuli.**  
 confundat, quod cum CHRISTVM  
 deserueris, eiq<sup>3</sup> debitum honorem  
 negaueris, illi te sequuntur tamen,  
 & magno honore prosequuntur. Ad-  
 de quod tibi seruiunt, ad caeleste re-  
 gnum creati: cogita, cum tu es in  
 peccato, & illi in gratia, indignum  
 te esse qui illis seruias. Confundat te  
 illud CHRISTI exemplum, cum  
 discipulorum pedes lauit. Confun-  
 dat

dat quod dixit: Non veni ministrari, sed ministrare. Confundat te tandem coram omnibus eorum creatio: sunt enim ad imaginem DEL, & similitudinem facti, & tanto opere chari aeterno Patri, vt pro eis vni- genitum dederit. Atque id te debet coram infidelibus cōfundere, quando & ad eandem imaginem creati sunt, & pro omnibus CHRISTVS mortuus est: eoq; magis coram his debes confundi, quod fidei illi lumine destituti, ijsque quibus DEVS solet suos recreationibus cōsolari, multa tamen, magnaq; patiuntur in ieiunijs, ceremonijs, atq; eiusmodi alijs; tu vero Christianus, & Spiritus sancti gratia illustratus, donoq; fortitudinis adiutus, & diuino amore subleuatus, in minimis quibusq; ita fatigaris, vt leuem penitentiam vel ferre non posse, vel si feras, magnum te aliquid facere putes. Excitent itaque

Infi-  
des.

quet  
cumq;  
Tyro  
qua fa  
& cin  
est, si i  
recepit  
gratio  
quod t  
Iudaeis  
cisi xer  
sed ser  
ro cru  
scires  
gloria  
dunt  
det qu  
Angel  
mus,  
tat;  
par es  
STI  
parti

quete ad confusionem infideles : te-  
 cumq; saepe id cogita, si fuissent in  
 Tyro & Sidone facta virtutes, *Matt. 12.*  
 quae facta sunt in te, olim in cilicio  
 & cinere penitentiam egissent : hoc  
 est, si infideles, quod tu, lumen fidei  
 recepissent, quanto DEO, quam tu,  
 gratiores fuissent ! Deplora itaque  
 quod tam inutilis sis, talisq; ut coram  
 Iudaeis etiam confundi debeas. Cru- *Iudaei.*  
 cifixerunt illi quidem CHRISTVM,  
 sed semel, sed ignorantes eum : tu ve-  
 ro crucifixi saepe peccando, quem  
 scires tamen ad dexteram Patris in  
 gloria sedere. Quod si te illi confun-  
 dunt, quantum putas te confun-  
 det quilibet Christianus ! Etenim si  
 Angeli imagini honorem deferi-  
 mus, propter eum quem represen-  
 tat; quanto eum in honore habere  
 par est, qui in se viuentis CHRI-  
 STI imaginem gerat, & DEVS  
 participatione sit; sicut scriptum est:  
 Ego

*Psal. 81.* Ego dixi, dii estis, & filij excelsi  
omnes.

Quo vero tandem absoluam, qua  
ad proximos pertinent, aduertendum  
id est, quod puto magnopere  
conducere ad confusionis conserua-  
tionem: demonem videlicet exerci-  
tium hoc quibuscumq; potest ratio-  
nibus vndique oppugnare, atq; ita  
vehementer, vt magna ei diligentia  
opus sit, qui ab illo magnum nolit  
accipere detrimentum. Est itaq; ne-  
cesse, ita eiusmodi veluti habitum  
acquisisse, vt simul ac cum proximis  
aliquid agendum sit, eo vnumquem-  
que in honore habeamus, tanquam  
si nostri essent omnes aut domini,  
aut praeceptores; eaq; vnumquemq;  
attentione audiamus, eorumq; con-  
silia sequamur, tanquam si nobis per  
eos DEVS loqueretur; caueamusq;  
magnopere nostrum illorum iudicio  
iudicium praeferre. Qua in re duabus

de causis peccari solet : altera quod  
 nemo in causa propria idoneus sit  
 iudex ; altera quod aliquando adu-  
 latione, saepe vero ex ignorantia pau-  
 ci de rebus sentiunt ut par est. Itaq;  
 nonnunquam astuti, & vasri tan-  
 quam prudentes laudantur ; & qui  
 omnia irrident, sapientes habentur,  
 cum contra tamen de ijs sentiendum  
 esset. Quocirca tutum est etiam in  
 bonis tum gratia, tum natura, &  
 timere ne decipiamur, & DEO in  
 omnibus, quaecumq; in aliis videri-  
 mus, gloriam dare, omniaq; semper  
 in meliorem partem interpretari.  
 Quod si contingat eos aliquid facere,  
 quod rectum esse non videatur, ne  
 utique iudicemus, quando nisi nostri  
 non nobis licet iudices esse : sed vel  
 excusemus factum, vel inde mente  
 reuersa eorum bene acta considere-  
 mus, nostraq; cum illorum virtuti-  
 bus vitiis comparemus, ne vllum con-  
 fusionis



fusionis gradum (si aliter agimus) amittamus. Itaque si viderimus vel mortaliter peccantes, id cogitemus vel fecisse ex ignorantia, vel iam ad DEI gratiam per penitentiam rediisse, futurumque illis peccatum maioris hic penitentiae, adeoque glorie in caelo perfectioris occasionem. Ne vero quicquam confusio deperat, advertendum in conuersationibus, vbi maiora solent esse pericula. Vt si de mansuetudine agatur, veniat in mentem irarum tuarum: si de rebus pulchris, tuorum peccatorum foeditatis recorderis: si de magnatum potentia sermo fiat, id consideres, quam nihil sis nihilque possis, tum etiam cum maxime aliquid efficere coneris: si de auaritia quis loquitur, tuam inordinata desideria; si de humilitate, tuam superbiam memineras: atque ita in reliquis. Cum mentio fit vitiorum, nostrorum recordemur;

In conuersationibus confundunt nos.

Mansuetudo.

Pulchritudo.

Potentia.

Auaritia  
Humilitas.

Vitia.

cum

cum autem virtutum, eas nobis de- Virtutes  
esse cogitemus. Ita fiet, vt confusio-  
nis materia nobis semper suppetat;  
idque in conuersationibus praser-  
tim, vbi maius est confusio-  
nis periculum.

At vero, vt ad eam, qua ex nostra-  
rum rerum consideratione nascitur,  
confusionē propius accedamus, pau-  
ca quedam attingenda nobis sunt  
breuiter, nam lectori profundio-  
rem eorum considerationē relinquimus.

Prelatum igitur confundat, quod Prælati,  
cum CHRISTVS dicat, Ani- Ioan. 10.  
mam meam pono pro ouibus  
meis: ipse in pascendis ouibus adeo  
sit negligens, vt ne eas quidem agno-  
scat omnes.

Si Sacerdos, cum CHRISTVS Sacer-  
dicat, Qui mihi ministrat, me se- dotes.  
quatur: quam ipse viam institerit, Ioan. 12.  
queq; his manibus egerit, quibus so-  
let in sacrificio CHRISTVM te-  
nere.

Concionatores.

Si concionator est, confundatur quod CHRISTI officium exercent, quodq; eius quae predicat exempla non sequatur, neq; hisce, quae dicit, consentanea opera faciat: veniat &

Psal. 11.

illud in mentem, Eloquia Domini, eloquia casta: videatq; si non satis mundum vas sit, quanta sit confusione dignus, illudq; timeat:

Psal. 49.

Peccatori dixit DEVS, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Quod si Paulus timebat, ne, cum aliis predicaret, ipse reprobus efficeretur: quantum debet quisque concionatorum timere, seque magnopere confundere!

Praeceptores.

Confundantur praeterea Praeceptores, & Doctores, ut qui confusione praecipue opus habeant. Ait enim Apostolus: Scientia inflat. Quod si quis ob scientiam extollitur, ea vel maxime causa confundi debet:

1. Cor. 8.

enim Apostolus: Scientia inflat. Quod si quis ob scientiam extollitur, ea vel maxime causa confundi debet:

bet: plus enim in eo sapit quam oportet sapere.

Confundat discipulos sua ipsorum <sup>Discipuli</sup> ignorantia, qui nisi docerentur, brutis animantibus similes essent: simul etiam, quod parum & in litteris proficiant, & sua aliis scientia profint, cum debeant tamē eo magis prodesse multis, quo fuerint sapientiores: deniq; quod cum addunt scientiam, addunt etiam & dolorem.

Religiosus autem multo magis <sup>Religiosus</sup> debet coram infidelibus, & Christianis reliquis confundi: quando ei non solum fidei lumen datum est, CHRISTIq; iugum dulce impositum; sed & vita omni sollicitudine vacua speciali quodā priuilegio concessa. Confundatur quod ex tā multis millibus electus sit, qui si vocati fuissent, multo erant DEO gratiores futuri. Confundatur quod tam negligens, & distractus sit in choro,   
 ubi

vbi DEO assistunt Angeli. Confundatur ob seruitia fratrum in culina, in valetudinario, atq; alijs locis ipsi exhibita, qui neq; cui seruiatur, neque qui seruiat, dignus est. Confundant eum in coenaculo fercula, quae DEVS ipsi sine vlllo ipsius labore, aut sollicitudine apponenda curat: vestes etiam quibus induitur, & omnis domestica suppellex in eius vsum parata: cumq; his homines, quorum opera agri etiam, quorum cultu omnia deniq; quibus tanquam medijs res ea in hunc tandem statum ad eius utilitatem deuenerunt. Super omnia verò debet eum confundere, quod seruus DEI dicitur, qui ei tamen saepe sit inimicus. Non enim certe id est, de quo Virgo beatissima tanquam gloriabatur, cum se diceret Ancillam DEI, quodque magnopere superbos quosque confundere debeat.

Inc. 1.

Confundat praeterea Religiosum  
 magis,

magis, magisque domus DEI, quam  
 tanquam filius inhabitat: cum ta-  
 men à Patris celestis perfectione tam  
 longe absit, quotque in ea passus  
 conficit, tot tanquam fluctibus in  
 confusionis pelago immergatur. Nam  
 si domum Domini decet sancti-  
 tudo, quomodo in ea iniquum fert  
 DEVS? aut cur ab orationis domo  
 non eijcitur in deuotus? Si porro eius-  
 modi est domus Domini, vt magnus  
 & Rex, & Propheta Dauid eligat in  
 ea potius, quam alibi habitare, seque  
 in ea contemptum, & abiectum esse  
 pro beatitudine ducat: quanta eius  
 debet esse confusio, qui illic inuitus  
 maneat: aut si manet libenter, tan-  
 to tamen est DEI beneficio ingratus!

Postremo eum omnes Religionis  
 ceremonie confundant, quando eas  
 vel non intelligit quorsum spectent,  
 aut non aduertit, aut graues esse pu-  
 tat, aut sibi denique vtilis esse non  
 curat.

Confun-  
 dat nos  
 domus  
 Dei.

Psal. 92.

Psal. 89.

Ceremo-  
 nie Re-  
 ligionis.

Confun-

Piorum  
eleemo-  
syna.

*Confundatur cum pro amore  
DEI eleemosynam petit; est enim ca-  
res insignis cuiusdam priuilegij: co-  
gitetq; quale sit, quod pro ipso DE-  
VS, tanquam qui indigeat, his qui  
ei mendicanti aliquid dant, se debi-  
torem constituat, eiq; suum thesau-  
rum crediderit. Quod si aliquando  
quae ipsi DEI causa data sunt, non  
in eum, in quem petit, usum insumpsit,  
tanquam sacrilegus confundatur, qui  
DEO auferat, quod ipso petente alij  
DEO dederunt. Cogitet cum petit  
tanquam pauper, nisi animo pauper  
sit, falso se nomine petere: si vero pe-  
tit ex curiositate, adeoq; contra quam  
DEVS vult, deceptor est, & more  
eorum, qui falsis vtuntur diploma-  
tis, numos à proximo surripit.*

Angelo-  
rum mu-  
nus.

*Confundatur deniq; quod cum  
DEI nomine petit, Angelorum mu-  
nere fungitur, qui ab hominibus  
semper tanquam DEI legati petunt:  
ab alijs*

ab alijs quidem, vt pauperibus subueniant; ab alijs autem, vt iniurias sibi factas remittant; ab alijs vero, vt DEO quam debent gloriam, & honorem dent. Cum verò eleemosynam acceperit, confundatur, quod & danti DEO, & proximo ingratius sit: ita autem fiet, vt cum ei aliquid erit petendum, incipiat confundi, vt qui intelligat, quanta eum eleemosyna obligatione deuinciat: solumq; necessaria petat, quando eo maiori obligatione obstrictus est, quo plura acceperit.

Cum verò peregrinatur, caueat <sup>Peregrinatio</sup> in eam cogitationem veniat, vt se Apostolicam vitam agere putet: sed illud potius cogitet, eam penitentiae loco sibi esse vitam attributam. Quod si est è Religiosis inclusis, putet se, taquam feram indomitam, voluisse Dominum ab hominum conuersatione remouere.

Si



Reges &  
Princi-  
pes.

Ioan. 6.

Si Rex sit, aut Princeps, confundatur, quod in eo statu sit, quem CHRISTVS vitavit, cum eum vellent Iudaei Regem creare. Mirum verò est, audere quenquam id munus assumere, quod CHRISTVS recusavit, nisi forte id pro cruce habeat, & CHRISTI amore subeat.

Domini

Confundantur Domini, quod sint in requirendis redditibus valde diligentes, in puniendis autem peccatis publicis admodum negligentes: timeant vero, quod pecunia, aliisque bonis utantur tanquã suis, nec eius soleant meminisse, à quo cuncta acceperunt. Confundantur porro, quod se magnũ aliquid facere putant, cum eleemosyna pauperi subueniunt; nec cogitant se dare aliena, DEO<sub>3</sub> quã sua ipsius sunt reddere, in eo<sub>3</sub> in quo se putant beneficium facere, magno à DEO beneficio cumulari. Quod si vel tum, cum eleemosynam dant, se

debet  
in vano  
Cogi  
Euange  
promou  
ptum si  
huius re  
studium  
rem pra  
secutor  
quam I  
quanqu  
lis habe  
eoque I  
non mo  
ni suppi  
Con  
Religio  
runt, c  
gligent  
gis, quo  
seant si  
seruari

debent confundere, quanto magis cū  
in vanos vsus pecunias expendunt!

Cogitandum autem est equiti, in Equites  
Euangelij defensionem, adeoque ad  
promouendū honorem DEI, assum-  
ptum sibi fuisse gladium. Quod si  
huius rei memoriam proprij honoris  
studium delet, suumq; diuino hono-  
rem praefert, quid nisi Euangelij per-  
secutor est? Confundatur igitur tan-  
quam DEO infidelis cogitetque se,  
quanquam ab hominibus honorabi-  
lis habetur, esse peccati seruum, ad-  
eoque DEI Sanctorum iudicio nullo  
non modo dignum honore, sed infer-  
ni suppliciis destinatum.

Commendatarij autem, qui in Com-  
Religione aliqua professionem fece- mentarij.  
runt, de obseruationis votorum ne-  
gligentia confundantur: eorum ma-  
gis, quod sciant, quam egre ferre so-  
seant sibi ab aliis praestitam fidem nō  
seruari, vsque de his, qui sibi aliquid  
promi-

promiserunt, plerumq<sup>3</sup> ob violatam  
fidem poenas sumant.

**Famuli.** Confundantur famuli, quod ad-  
eo sint solliciti in dominorum gratia  
ineunda: quam si diligentia in DEI  
seruitio adhibuissent, quanto citius,  
quamq<sup>3</sup> veriore gratiam inissent!  
Seruire enim DEO, regnare est.

**Iudices.** Cogitent iudices, quanta seueri-  
tate in reos sententiam ferant: con-  
fundantur vero, quod DEI iudici-  
um, de quo scriptum est, Iudicium

**Sap. 6.** durissimum his qui prestant fi-  
et, nec secum diligenter reputent,  
nec perhorrescant.

**Aduo-  
cati,** Confundantur aduocati, quod  
cum alienis causis patrocinium fe-  
rant, sint tamen conscientie propria  
magnopere negligentes: nec vero id-  
circo efferantur, quod sua alios vi-  
deant opera indigere; indigent enim  
& ipsi multorum auxilio, in his qua  
ad animam pertinent.

Confun-

Confundantur medici, cum cogi- <sup>Medici.</sup>  
 titant, quem admodum egrotos tra-  
 hent, quando sciunt, cum in mor-  
 bum ipsi inciderint, quanta velint  
 valetudinem suam diligentia pro-  
 curari. Cogitent etiam animarum  
 suarum vulnera: eoque confundan-  
 tur, quod cum medici appellentur,  
 peritiores tamen sint inducendi in se  
 morbi, quam pellendi.

Confundat mercatores sollicitu- <sup>Merca-</sup>  
 do ea, quam in emendo vili, caroque <sup>tores.</sup>  
 pretio vendendo adhibent: ea pro-  
 pter ignorantes, quod regnum calo-  
 rum, quod gratis datur, comparare  
 nesciunt; emunt verò infernum,  
 quod magno & pretio emitur, & do-  
 lore possidetur.

De Vt verò etiam ad reip. artifi-  
 ces veniamus.

Confundantur sartores, qui Sartores  
 tantum in conficiendis alienis vesti-  
 bus studium adhibent, cum sint ipsi

ipsi tamen innocentia vestis accepta in baptismo valde negligentes.

**Sutores.** Confundantur praterea sutores, qui cum in durissimum etiam corium acu penetrant, in se tamen divinas inspirationes penetrare non sinant.

**Femine.** Et quis autem possit de feminarum statu pro dignitate differere, his presertim temporibus, quibus est tantopere vanitas hominum affecta?

**Virgines.** Confundantur itaque virgines, quod sepe statuerint nubere. Et enim id licitum est, quanto tamen satius CHRISTO solo sponso esse contempnas! atque essent quidem ipsae CHRISTO solo contentae, si eum quanto possent amore diligerent.

**Nupte.** Confundantur nupte, quod in ornandis se sint admodum diligentes, eiusque rei causa tam multa insu-

mant; contra verò in eo negligentis-  
 sima sint, vt CHRISTVM indu-  
 ant. Cum se torquibus aureis or-  
 nant, meminerint ferreas fuisse  
 CHRISTI catenas, eique igno-  
 minie causa iniectas. Cum autem  
 manus armillis ornant, ligatas  
 CHRISTI manus fuisse recorderen-  
 tur. Cum porro se vestibis albis ele-  
 gantia causa induunt, fuisse CHRI-  
 STVM alba veste indutum ignomi-  
 nie causa meminerint. Et confun-  
 dantur non ipse modo, sed etiam vi-  
 ri, qui cum eiusmodi vestium lauti-  
 tias ferunt, CHRISTI vituperiis  
 gratiam parem non referunt. Quod  
 si illa manuum suarum opera confi-  
 derent, detrahent, credo, digitis  
 annulos, vt ijs qui ornamento digni  
 non sunt, cum feminis Christianis o-  
 pera indigna fecerint.

Confundatur vidua, quae virorum vidua.  
 mortē tam agre ferunt, quod cū ipsis

De 2 DEVS

DEVS omnia impedimenta perfecti  
in se amoris abstulerit, tanto benefi-  
cio adeo ingrata sint, vt sibi melius  
cum creatura fuisse, quam cum Cre-  
atore, adeoque DEVM spernere, im-  
patienter lata virorum morte, signi-  
ficare videantur. Conqueruntur e-  
nim ereptos sibi viros: sed profecto de  
illis equius conqueratur DEVS,  
qui se ab illis sperni videat. Confun-  
dantur ergo illæ, audiantque in hæc  
verba conquerentem Dominum.

Hier. 2.

Me dereliquerunt fontem aquæ  
viuæ, & foderunt sibi cisternas  
dissipatas, quæ continere non  
valent aquas. Itemque illud

Hier. 2.

Quid inuenerunt in me ini-  
quitatis, quia elongauerunt se  
a me?

Atque hæc de statibus dicta suffi-  
ciant, ne propositam breuitatem ex-  
cedere videamur: simul etiam quod  
facile sit ex dictis reliqua colligere.

& si quis ea quæ diximus diligenter cogitet, se confundendi occasionem semper habere.

Iam vt ad interiora veniamus, Cōfundat nos memoria.  
 Confundere, ô homo, de memoria tua: cum enim hanc admirabilem memoria.  
 potentiam tibi scias à Creatore in id esse datam, vt sui posses & semper, & suauiter meminisse; tu tamen in ea vilia quam plurima reposuisti, hisque eam ita occupasti, vt vix eius, qui eam dedit, posses recordari: itaque sit vt nulli ipsa minus quam Creatori seruiat. Cōfundere igitur, quod ea in Domini sui iniuriam abusus sis, quodque cum in mentem tibi sepe reducat, ab Ecclesia quidem qui sis, admoto quotannis cinere capiti, atq; illis verbis additis, Genes. 3.  
 Memento homo quia puluis es, & Eccl. 7.  
 in puluerem reuerteris; à scriptura vero, nunc quidem finis tuus, cum Eccl. 7.  
 dicit, Memorare nouissima tua;

Dd 3 nunc



## 654 TRACTATUS TERTIVS

nunc verò ea qua causa tua CHRIS-  
 TUS passus sit, cum dicit Recor-  
 dare paupertatis. & transgressi-  
 onis meæ, absynthij, & fellis; a-  
 lias autem sepe alia; tu tamen nihil  
 minus quam hæc, & huiusmodi alia  
 meminisse videre, & merito flere  
 debeas, & cum Propheta dicere, Re-  
 nuit consolari anima mea, me-  
 mor fui DEI, & delectatus sum,  
 eoque magis confundi, quod in Dei  
 aliquando obliuione fueris recre-

Intelle-  
 ctus.

Iam verò vt ad intellectum trans-  
 eamus, quantus se in eo confusionis  
 campus aperit! qui cum intelligat se  
 in eum finem creatum esse, vt sum-  
 mum bonum intelligeret, sepe ta-  
 men non vana modo, & inutilia,  
 & transitoria, sed pessima etiam  
 cogitat, atque in ijs denique occu-  
 patur, quibus intelligit mimi-  
 de-

debere esse intentū Flendū tibi certè  
est malum hoc, & quanta possis con-  
fusione deplorandum.

Volūtas

Quid autem de voluntate dice-  
mus, quæ cum DEVM super omnia  
deberes diligere, ea tamen fueris  
prosequutus, quæ vel cogitare pude-  
at, nedum dicere? Quid tibi in-  
quam, dicam ô cæca voluntas, quæ  
bonis æternis sensuum delicias præ-  
tulisti? quam cum dulcis DEI ha-  
ritas in Seraphinorum choro posset  
constituere, mundi fœdus amor in  
inferna deiecit. Merito quidem,  
ô anima, tuæ debent potentie con-  
fundere, in quibus tam fœdatam  
videas imaginem DEI: possis tu  
quidem eas, & debes cum dolore iis  
verbis reprehendere, Ecce A-  
dam quasi v<sup>is</sup> ex nobis factus  
est, deque eis in hunc modum con-  
queri: Quis vos, ô potentie; ô imago  
DEI, quis; inquam, vos perdidit -

Genes. 3.

Da 4 quis

quis tibi  $\hat{o}$  memoris, DE I memoriã  
 abstulit? quis tibi,  $\hat{o}$  intellectus, mē-  
 tem eripuit? quis te decepit,  $\hat{o}$  volun-  
 tas? O quam illud quadrat in te,  $\hat{o}$   
 2. Par. 12. anima: Facti sunt principes eius  
 sicut arietes non inuenientes pa-  
 scua! More .n. arietū cū pascua non  
 inueniūt, potentia tua, quasi in Deo  
 pascua nō haberēt, venenata pascua  
 quaesierunt: adeoq; ea causa viribus  
 defectæ sunt, vt magna debeas con-  
 fusione confundi.

§ Ad sensus transeamus.

Oculi.

Dedit quidem DEVS oculos, vt  
 creaturarum pulchritudine conspe-  
 cta, in re omni se amares, ipsique pro  
 omnibus gratias ageres: tu verò con-  
 tra quaecunque vides consumis, aut  
 ira veluti ardens, aut auaritia con-  
 cupiscens. Itaque cum oculi tui cor-  
 ram DEO esse deberent, sicut o-  
 culi ancillæ in manibus domi-  
 næ suæ, basilisci ( qui quaecunque  
 con-

Psa. 122.

conspicit, visu interficit) oculi facti  
 sunt. Confundere igitur, quod lu-  
 men tibi datum in tenebras verteris:  
 quodque aures & sanctis inspiratio-  
 nibus claudis, & murmurationibus Aures.  
 aperis: quod qua deberes DEVM  
 lingua benedicere, hominibus male- Lingua;  
 dicis: quod cum solitus sis ne quic-  
 quam male oleat, graue olens ta-  
 men peccatum non sentis: quod de- Nares.  
 nique durum esse videatur, si quid  
 est pro CHRISTO patiendum, sua-  
 ue verò sit quod pro mundo pateris. Tactus.

Deplora itaque sensuum mala,  
 atque eius rei memoria humiles ti-  
 bi, & confusionis plenas lachrymas  
 exprimat. Quod si necdum satis hæc  
 sunt, te caput tuum confundat quod Caput.  
 spinis pressum non sit; confundant  
 capilli, quod non sint euulsi: manus  
 autem, & pedes, quod non transfi-  
 xi clavis: reliqua te denique mem- Capilli  
Manus.  
Pedes.  
 bra confundant, quod cum nisi Dei

virtute moueri non possint, fueris  
 tamen tu pedibus CHRISTVM  
 persequutus, manibus atque  
 operibus ipsum vulneraris, & lin-  
 gua laeferis. Denique si recta ratio-  
 ne rem reputes, tu tibi magna solus  
 confusionis materia es: nec enim est  
 in te quicquam, de quo si diligenter  
 cogites, non debeas magnopere con-  
 fundi. Quod si in te sint, quae non  
 intelligas, vel ea causa maxime  
 confundi debes, quod te ipse plene  
 non noueris. Nam vel quae sit ani-  
 ma, aut quid in se habeat, aut cor-  
 pori quemadmodum vnita sit, deni-  
 que vt sit à corpore separanda, si ex  
 te ipse queras, scio, non poteris re-  
 spondere. Quod si in rebus propriis  
 tam es inscius, quam eris, obsecro,  
 in alienis! Illud interim verum est,  
 & in his quae de te scis, & in his quae  
 ignoras, magnam tibi confusionis  
 materiam suppetere.

Quod

Quod si mihi quisquam hoc loco <sup>Bona</sup>  
 obijciat, non in bonis, sed in malis  
 tantum operibus confusionis causam  
 reperiri, id ego negauerim: puto e-  
 nim in bonis etiam propterea nos de-  
 bere confundi, quod ad bonum simus  
 admodum imbecilles, adeo vero pro-  
 cliues in malum, vt magis mirum  
 sit, ex tam corrupta natura boni a-  
 liquid prodire, quam ex rosario ro-  
 sam nasci: est enim id rosario natu-  
 rale, vt rosam proferat, at perfectum  
 opus non sola hominis natura potest  
 producere: nec enim DEO gratum  
 quicquam sine eius gratia esse potest.  
 Qui ergo miratur inter spinas ortam  
 rosam, multo magis mirari debet  
 boni aliquid à se factum; tantoque  
 magis confundi, quod videt, vt in ste-  
 rili solo, dignoq; quod ob peccata in  
 DEVM maxima sale conspergatur,  
 operetur mira DEVS, atq; id exco-  
 lere perseueret. Quare non de malis  
 tan-

tantum operibus nos, sed de bonis etiam confundi possumus. & debemus. si qua enim facimus bona, DEVS est qui ea in nobis cœpit, fecit, atque perfecit: nostrum illud est, ut magis, magisque confundamur, atque humiliemur, qui DEO tam saepe restiterimus, eamq̄, quam meruimus poenam eius clementia euaserimus.

TER.

## TERTIA PARS,

QVA TRADITVR,  
quemadmodum celesti-  
um rerum contempla-  
tione possimus confan-  
di.



IX scio quibus possim  
verbis de celestibus  
dicere, qui ne inter-  
renis quidem pro di-  
gnitate, quanta in  
his confusionis causa sit, potuerim  
declarare.

Est quidem certe vel in sola cele-  
stium motuum contemplatione, ma-  
gna confusionis materia, si cum tam  
admirabili ordine, nostrorum actu-  
um inordinationem conferamus.  
Iam vero de planetis quid dicam? Planes  
quos scimus semper & à superiori-  
bus recipere, & quam receperint vir-  
tutem perpetuo inferiorib. commu-  
nicare?

Con-  
fundūt  
nos cali

Planes  
ta.



Stelle.

nicare? Vnus ex rebus omnibus homo est, qui sibi, quo minus à DEO celestis bona recipiat impedimento est; eaque cum receperit, al is negligit impartiri. Cumque cali omnes, & stella solis lumine vestiantur, vnus homo solis iustitie lumine indui recusat magisque (quemadmodum scriptum est) tenebras diligit, quam lucem.

Joan. I.

Angeli.

Quod si Angelos contemplemur, quam um eorum, queso, nos puritas atque Innocentia confundet! quantum id, quod eorum tanta & sapientia, & charitate præditorum consilia tam necessaria negligimus! Deficient me quidem verba, nostram pro dignitate confusionem explicare volentem, siue cum Seraphinorum amore tepiditatem nostram, siue cum Cherubinorum scientia nostram ignorantiam comparemus.

Quod si cui forte videbitur subli-  
mior

miores esse Angelicos spiritus, quam  
 ut cum his pulvis noster, & cinis de-  
 beat comparari, ad Sanctos venia- Sancti,  
 mus, qui carne & sanguine consti-  
 terunt: neque eis (quanquam homi-  
 nibus) humana fragilitas impedi-  
 mento fuit, quo minus pro DEI ho-  
 nore magna quadam & admiranda  
 opera perpetrarent. Celestium itaq;  
 hominum, terrenorum facta con-  
 fundant: Martyrum quidem in tor- Marty-  
 mentis constantia, & virtus, no- res.  
 stram in propositis inconstantiam, Confes-  
 atque infirmitatem. Confessorum sors.  
 vero penitentia, vitæque austeritas, Virgi-  
 nostras delicias; virginum autem nes.  
 puritas, maximeque nostri Domini,  
 turpitudinem nostram confundat.  
 Atque illud etiam, quod sacratissi- Mater  
 me Virgini cum simus obligatiss- Dei.  
 simi, propter filij educationem, qui  
 esset pro nobis Patri in cruce  
 offerendus gratiam tanto bene-  
 ficio

ficio parem nunquam rependimus: quin etiam sumus ingrati, adeo, vt nec ab ea misericordiam petere pra pudore audere deberemus.

Chri-  
stus,

At vero in CHRISTI considera-  
tione, quis possit pro dignitate con-  
fundi? aut quæ hic profunditas con-  
fusionis satis esse potest, vbi quis con-  
siderat Christum, quod vnicum habet  
remedium, atq; confugium, ita spre-  
uisse, vt possit ille merito dicere:

*Psal. 30.* Proiectus sum à facie oculorum  
tuorum? Eius enim pedum vulne-  
re, segnitias tua, & torpor inflixit:  
eius latus tua inobedientia aperuit:  
manus eius opera tua clavis confixe-  
runt: tua illi lingua fel propinauit:  
postremo, tua eius caput superbia  
spinis cinxit. Atque, vt vno verbo di-  
cam, nihil est in Christo, quod cum  
videas, non debeas merito confundi;  
*Psal. 112.* siquidem scriptum est: Confun-  
dantur superbi, quia iniuste ini-  
qui-

quitatem fecerunt in me.

Iam vero quid dicemus de confu-  
sione, quam sanctissima Trinitatis  
conspectus affert? aut quanta erit

Sacra-  
tissima  
Trini-  
tas.

coram DEO confusio, si coram da-  
mone tanta fuit! Quibus porro ocu-  
lis audebis Patrem æternum aspice-  
re, qui eius vnicum filium ab illo  
missum, vt à te dissipatam heredi-  
tatem recuperaret, non solum ( vt  
par erat ) non excepisti, sed in crucem  
etiam adegisti? Quam reddes DEO  
pro credita tibi hereditate rationē?  
Quid vero pro his quæ ab eo accepisti  
& temporalibus, & spiritualibus bo-  
nis respondebis? Quid porro dices  
Dei filio, qui pro te omnia passus est?  
Potest quidem ille merito hominibus  
dicere: Confundantur homines,  
quod cum ego DEVS è celo in terras  
eorum causa descenderim, proque  
eorum salute homo fieri dignatus  
sim, nolunt illi tamen mea causa  
pec-

peccati sordes relinquere. Confundere, o homo, quando prius ego te dilexi, quam tu me diligeres: prius ipse seruiuit tibi, quam mihi seruires. O dura hominum corda ferrea pectora! qui cum me alligatum columna videant flagellis caesum & vulneratum amore, alligari peccato malunt, quam mihi adherere, meoque mundi amorem honori preponunt: nec intelligunt quomodo sauis à demone flagellis cadantur, peccatorum vinculis colligati. Dedi ego homini viscera mea, quibus tanquam firmissima columna complexu adherescat: contemnit ille tamen, eaque sequitur, qua ipsum coram me merito condemnent. O hominum ingratitude! o insensatas humanas mentes! mihi seruiunt bruta, me arbores atque herbae laudant, vnus ex omnibus homo non agnoscit: sed more rabidis canis, qui dominum suum morsu petit,

petit, contra me insurgit, dignus  
 quem terra dehiscens absumat. Con-  
 fundere, o homo, pro quo Agnus man-  
 suetus factus sum, & leo esse ferox  
 tandem aliquando desine. Ample-  
 ctor ego te charitate, tu me cupidi-  
 tatis flagellis cedis: cumque ego te  
 pretiosis humilitatis margaritis or-  
 nem, tu meo superbiae spinas capiti  
 infigis. Intelligent aliquando homi-  
 nes, non arcis includenda, sed in  
 pauperes eroganda bona accepisse.  
 Considerent quantopere à me dili-  
 gantur, quos ego, ab ipsis in carce-  
 rem coniectus, inferni carcere eri-  
 piam: quemque illi non d. sinunt in-  
 gratitudine crucifigere, ego chari-  
 tate in charitatis viam reduco. Con-  
 fundere o homo, quem cum aspici-  
 unt Angeli, tum contemptui ha-  
 bent, & decipiunt demones, atque  
 in conspectu meo condemnant. Con-  
 fundere, inquam, & iudicium meum  
 time

time, qui nisi hic confundaris, & peccata tua fleas, magna te manet, & amara confusio. Quem vero non confundat, quod ego Deus & Dominus venatoris more perpetuo homines insequor, ne mihi qui tanti confiterint forte pereant; illi vero me tanquam venenosum serpentem semper fugiunt? Cur me non timent, & mea iudicia? Cur non vitam mutant, qui mortis nec horam, nec diem sciunt?

Quid autem Spiritui sancto respondebis, aut quo ipsi ore loqui audebis, qui ei toties anima tua portas occluseris, eumque à te (ut demonem reciperes) impie atque impudenter excluseris? Confundimini, o miseri homines, quos cum Deus creavit, ut essetis filij Patris vestri qui in caelis est, digna tamen caelesti Patre opera vix unquam faciatis. Est in eo infinita mansuetudo & benignitas, parat

tusque

usq; semper est peccata remittere:  
 vos vero iniquitate pleni, non solum  
 factas vobis iniurias non condonatis,  
 sed his etiam qui de vobis nihil male  
 meruerunt, iniuriam facitis. Est in  
 eo summa bonitas, qua inimicis et-  
 iam, dum eos semper conseruat, be-  
 nefacit: vos autem etiam amicis ma-  
 le facitis. Est in illo aeterna sapientia,  
 & prouidentia admirabilis, qua v-  
 niuersum moderatur: in vobis au-  
 tem insigne omnia perdēdi studium,  
 modo vt soli regnare possitis. Sed vos  
 per Prophetam Deus ita reprehendit: Esa. 51  
 Nunquid habitabitis vos soli in  
 terra?

### Conclusio operis.

Me non materia, sed tempus defi-  
 cit: sint itaque satis haec sapienti le-  
 ctori, qui possit ex paucis multa col-  
 ligere, & confusionis fructum conse-  
 qui; si praesertim assidue, & diligen-  
 ter in his se exerceat: quod quisque  
 debes



debet eo maiori studio facere, quod  
 in eo maxima spiritualis fructus pars  
 posita sit, vt nostram infirmitatem  
 & miseriam agnoscamus. Quod qui  
 consequuti sunt, atque eiusmodi  
 fundamento iacto adificare cepe-  
 runt, possunt illi reliquam partem  
 tuto super extruere: nam qui secus o-  
 pus edificat, his cum altius opus sur-  
 rexerit, solet corruere. Accidit enim  
 vt orationis consolationes, qua ad  
 virtutes solent conferre, nisi humi-  
 litate conseruentur, in falsas, falla-  
 cesq; consolationes euadant. Ita bo-  
 ni desideria, bona quidem sunt: sed  
 si ea nobis ita tribuamus, vt non Dei  
 esse beneficia agnoscamus, cum ma-  
 gnopere fallimur, tum nō possumus,  
 tam infirmo iacto fundamēto, quic-  
 quam firmum extruere. Quamob-  
 rem qui sua vult opera esse perfecta,  
 ea & confusione incipiat, & conser-  
 uet, nec nisi confusione comitante  
 pro-

6  
 progre  
 vt qui  
 rit, à  
 cor c  
 nunq  
 milib  
 Hanc p  
 stem, q  
 non ex  
 rum D  
 CHR  
 ipse ea  
 Tota  
 tra me  
 coope  
 CHR  
 ruit, q  
 Sancto  
 toris fa  
 ea indu  
 nire a  
 Indua  
 hi puc

progredi quequam audeat: ita fiet,  
 vt qui confusionem nunquam dese-  
 rit, à Deo nunquam deseratur: qui  
 cor contritum & humiliatum *Psal. 50.*  
 nunquam despicit, sed cum hu-  
 milibus libenter conuersatur.  
 Hanc possumus dicere nuptialem ve-  
 stem, qua qui erit indutus, à nuptiis  
 non excludetur. Hoc est insigne filio-  
 rum DEI: hac indui oportet qui  
 CHRISTVM sequi velit, quando  
 ipse ea ita indutus est, vt diceret:  
 Tota die verecundia mea con- *Psal. 40.*  
 tra me est, & confusio faciei meę  
 cooperuit me. Quod si etiam  
 CHRISTI faciem confusio coope-  
 ruit, qui est Angelorum speculum, &  
 Sanctorum gloria; cur non ea pecca-  
 toris facies cooperiatur? aut quis nisi  
 ea indutus in DEI conspectum ve-  
 nire audeat, cum scriptum sit:  
 Induantur qui detrahunt mi- *Psal. 20.*  
 hi pudore, & operiantur sicut  
 di-

de ploide confusione sua? Attende porro dicentem Dominum: Super quē requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & contritum spiritu, & tementem sermones meos? Quod si iustos etiam induit Deus confusione, non est quod se putet peccator sine ea viuere posse: cum praesertim non solum iusti in terra, sed etiam in caelo Sancti veste hac induti sint. Quod vel ex illis Evangelij verbis intelligi potest, quibus CHRISTVM in die iudicij ita alloquuntur: Quando te vidimus esurientem, & pauimus te? id enim dicunt tanquam admirati, tam paruis operibus, tanta se premia meruisse: id quod satis Augustinus indicat, cum sic dicentes inducit: Domine, cur tantam, & talem nobis gloriam preparasti? Quod si haec nos humilitas in caelum euehit, aequum est eam hic amplecti, eique nos tanquam

Mat. 25.

quam tabulae in naufragio credere,  
neque dubitare futurum, ut ei inni-  
xi, periculoso misera huius vite pe-  
lago traiecto, in caelestem tandem a-  
liquando portum Dei misericordiae  
perueniamus. Amen.

# TRACTATUS QUARTUS.

DE  
PRÆPARATIONE  
AD SACRAM EV-  
CHARISTIAM.

Confessio beneficio-  
rum DEI.

**D**OMINE DEVS omni-  
potens, creator omnium,  
omnia obediunt tibi & &  
sibi praefixum ordinem seruant:  
Es solus

soli homines, in quibus ego miseri-  
 mus sum, à tua voluntate recedimus.  
 Id quod non solum à me peccatum  
 esse, sed alios etiam volui mea esse  
 voluntati obsequentes, nec homines  
 modo ad imaginem tuam factos, sed  
 etiam elementa volui mihi inserui-  
 re: adeoque, si secus accidisset quam  
 volebam, egre tuli, vti si cuncta ipse  
 creassem. Cui quanto fuisset æquus  
 si omnia restitissent, atque in meam  
 cuncta mortem conspirassent, qui  
 tua ipse fuisset mandata transgres-  
 sus! Sed misericordia tua factum est,  
 vt nec in me illa iniurias tuas vlti-  
 sint, nec de me ministri iustitie tuae,  
 meique hostes demones pœnas sum-  
 pserint. Dissimulasti hæcenus, Do-  
 mine DEVS meas mihiq; peniten-  
 tie tempus bonitate tua immensa  
 concessisti, quo possem videlicet ceci-  
 tatem meam agnoscere, atque ali-  
 ter quam antea vitam instituere:

eaque

DE EUCHARISTIA. 673

eaque causa multis me mirandisque  
 modis, nunc concionibus, nunc le-  
 ctionibus, alias vero in spitationi-  
 bus saepe admonuisti: quæ tamen  
 omnia cum facile obliuioni trade-  
 rem, nullas in me firmas radices  
 iaciebant. Sed cum medicina tua  
 omnia vulnera mea (quamquam  
 maxima) longe superaret, addidi-  
 sti etiam, DEVS meus, vt mihi  
 te omnia visibilia prædicarent. Vi-  
 debam morientes homines: cumque  
 ne uini viderem mortem parcere,  
 sed vitam nostram aliquo tan-  
 dem fine concludi, mouebat me  
 quidem res hæc, finemque vitæ con-  
 templanti lux quædam affulgebat:  
 sed, heu, facile inde mens auoca-  
 ta, in solitas facile, tenebras reci-  
 debat: nec me (quæ tua clementia  
 semper fuit) vnquam, quanquã id  
 saepe meritũ, deseruisti, quin etiã alia  
 subinde, atq; alia remedia adhibebas.

Ee 2 Cumq;

Cumq; satis tanto malo non essent  
 visibilia hæc, tu ipse, Domine, pro-  
 pius accessisti, dormientem excita-  
 sti, & ad cor meum dulciter allocu-  
 tus, ita inuitasti, quasi te nunquam  
 ego offendissem. Quod si ego benefi-  
 cium, vt par erat, agnouissem, vel id  
 vnum me semper in officio continu-  
 isset; sed, heu, offendi te sæpius, sæ-  
 piusque necesse fuit subinde caden-  
 tem à te leuari. Quodque dolendū  
 mihi magis, magisque est, cum mihi  
 tam sæpe explorata benignitas tua  
 humiliare maxime debuisset, diui-  
 naque consolatio tua ad id valeret,  
 vt affectiones meas facilius mortifi-  
 carem: tantis abusus beneficijs, hu-  
 militatisque, & mortificationis pro-  
 priae oblitus, tuis etiam donis effere-  
 bar, alijsque eorum me causa præ-  
 ferebam, quæ me magis, magisque  
 humilem reddere debuerant. Neque  
 id tibi satis fuit, Domine DEVS  
 meus,

meus, cur me desereres, quod in rem  
 meam à te facta, in proprium ego  
 damnum cuncta conuertebam: sed  
 adiecisti plura, maiorique mecum  
 misericordia vsus, consolationem  
 tuam, quæ mihi superbia causa erat,  
 subtraxisti: vt vel sic agnoscerem  
 tuum esse donum, quod nisi te dante  
 habere non possem, nec te auferente,  
 aliquamdiu etiam retinere. Et (quod  
 mihi reliquis maius videtur) me ita  
 rursum consolari dignatus es, quasi  
 ego, vt me consolatione priuares, nõ  
 meruisssem. Quid retribuam tibi,  
 ô Domine, pro omnibus quæ  
 retribuisti mihi? Sufficere hæc qui-  
 dem mihi debuerant, vt tuas laudes <sup>Ps. l. 119.</sup>  
 nunquam intermitterem, sed mea  
 me rursum iniquitas in aliud malũ  
 coniecit: cum enim frequenter ex-  
 perirer consolationes tuas, his, tan-  
 quam mihi deberentur vtĩ cœpi: cũ-  
 que noua semper beneficia esse agno-



scere debuissim, atq; in singulis consolationibus, charitatem tuā, & misericordiā renouatis laudibus confiteri, cum tu beneficia renouares, nouam ego ingratitude[m] pro gratia referebam. Vsus es etiam hic, Domine, misericordia tua, lumenque quo malū istud agnoscerem, & agnito morbo remedium quærerem, concessisti: quo etiam viderem, quoties ipse mihi impedimento fuisset, tuisque vocationibus restituissem; tu vero meam quāta cum charitate semper salutem quaesisses. Intellego id iam Domine, me mihi damnationis causam esse, atq; id agere vt pereā, te vero id velle atq; id quærere, vt saluus sim. Quod cum ita sit, cur sim tā cecus, tam vero mihi inimicus, vt à me non quam longissime abeam, teq; vnū sequar, quando ego mihi mortis, tu mihi vite causa es? iustumq; est, vt cum desero voluntatem tuā, me-

amque

amque facio, me creatura tua eo usque  
 persequatur, dum perimant. Nam si tibi  
 obediens sum, omnia mihi scio esse  
 dulcia futura, quando omnia serui-  
 unt tibi, cui velim ego ad mortem  
 usque obedire. O immensa bonitas, &  
 vnicum peccatorum refugium, misere-  
 at te miseri huius, quem proprio san-  
 guine redemisti. Scis, Domine, quam  
 infirmus sim, ut que satis non fuerit  
 vocasse te, & propria manu cor meum  
 tetigisse, sed esse necesse, ut nunquam  
 inspirare intermittas, meque semper  
 mouere, ut faciam voluntatem tuam: Ps. 140.  
 alioqui si taceas, ero similis descen-  
 dentibus in lacum; & simulac  
 deserueris, me ipse perdam. Fac Domi-  
 ne, agnoscam, quid tibi debeam cum san-  
 cta inspiras, quantaque debeam diligen-  
 tia exequi quod iubes: in eo enim fre-  
 quenter pecco, quod tuas inspirationes  
 negligo, vel eis remisse admodum obtem-  
 pero. Agnoscam, inquam. Domine quan-

Ecce 4 tamia

ta misericordia sit quod iubes, quantoq; amore iubes. Agnoscam etiam quam tuis praeceptis obediētiā, & diligentiam debeam: etiam si terrenorum Regum praeceptis tanta cum diligentia obeditur, tantoq; honori ducitur eorum iussis parere; quanta par est & obedientia, & solitudine tua iussa capefcere, qui es tu Rex

**Deut. 20.** Regum, & Dominus dominātium! Agnoscam te, cum inspiras, qui sis, & ego, cui loqueris, qui sim: agnoscam, inquam, te, qui iubes, creatorem esse, me verò, cui iubes, pulverem esse, & cinerem; finem autem praecepti nominis tui sanctificationem, cui gloria omnis, & honor debetur. Intelligam etiam premium, quod ijs qui humiliter, & diligenter tua mandata fuerint executi, in caelis preparasti. Video quidem, o caelestis Pater, indignum me esse qui exaudiar: sed si respicis Filium tuum  
vni-

vnigenitum, per quem id peto, si eius  
merita, & quod pro me soluit san-  
guinis pretiū attendas, exaudies o-  
rationē meam: cum presertim ille  
nobis ita promiserit iam iam mori-  
turus, quidquid in nomine eius à  
te peteremus, nos esse consecuturos.  
Aequum est itaque Domine, vt fiat  
quod ille promisit: cum presertim,  
nisi ita fiat, nos, vt debemus, volun-  
tatem tuam facere non possimus.

Ioan. 16.

PRÆPARATIO AD SA-  
cram Eucharistiam.

**Q**VIBVS diuina misericordia  
concessum est, vt sacrosanctū  
Sacramentum frequentent, hos tri-  
bus ante diebus habitationem tanto  
hospiti preparare non pigeat. Et pri-  
mo quidē die supplicandū erit eterno  
Patri, vt per eā charitatē qua sic dile-  
xit mundū, vt Filium suū vnigenitū  
daret, sic etiā mouit Patrū sanctorū,  
Patriarcharum, & Prophetarū cor-

Ee 5 da,

da, vt Filij sui charissimi aduentum magnis precibus flagitarent: quippe diuino lumine illustrati, intelligerent in illo vno suam esse salutem positam, perque horum etiam merita, lacrymas, & desideria, nostra dignetur ad hoc sacrosanctū sacramentum corda præparare, quando veritatis ore dictum est: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: atque ad id, vtendum erit sequenti oratione, tempore matutino.

Ioan. 6.

## Oratio.

Excita, Domine, corda nostra ad præparandas Vnigeniti tui vias, vt per eius aduentum purificatis tibi mentibus serui e mereamur. Qui tecum viuunt, &c.

## Excitatorium.

Esa. 16.

Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ, de petra deserti

ferti ad montē filię Sion. petet autē, cum hac dicit, à Domino augeri sibi sancta desideria, eamque mensis munditiem concedi, qua Filij DEI templum fieri possit.

*Alud Excitatorium.*

Quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum?

Vesperis verò ad Angelorum Reginam eundum erit, eique flexis genibus supplicandum, nobis preparationis gratiam impetret: offerenda autem ei nouem Angelica salutationes.

Prima quidem, commemorando eius desiderium, quo tanquam peccatorum mater Domini aduentum, adeoque humani generis remedium tantopere expectauit: simul etiam supplicando, vt ipsius meritis & Dei, & salutis animarum feruentia desideria consequamur.

Se.

Secunda verò, illam ipsius præparationem commemorando, quã habuit semper ad diuinam gratiam; simulq; supplicando, vt nobis à DEO dignam ad Sacramentum hoc præparationem impetret.

Tertiam verò offeremus cum humilitatis eius memoria, qua DEI Filium in incarnatione suscepit: atque vt itidem nos eum humiliter recipiamus supplicabimus.

Quartam autem, in eius amoris memoriam, quo sine dolore natum complexa est, supplicantes vt eum nos itidem charitate amplectamur.

Quinta erit in doloris memoriã, qua de cruce depositum suscepit in gremio: petemus verò, vt cum passionis CHRISTI sensu eum recipiamus.

Sexta verò, in eius fidei memoriã, qua eum, quem resurrecturum sperabat, in sepulchro posuit petemus  
verò,

DE EUCHARISTIA. 685

vero, vt cum incremento fidei Christum suscipiamus.

Septimam offeremus, supplicantes vt per preparationē quā ad Spiritus sancti aduentum pro se, & Ecclesia tota fecit, nobis à Deo gratis incrementum obtineat, quo digne CHRISTVM suscipere valeamus.

Octauam autem, vt per deuotionem, qua CHRISTVM ipsa in Sacramento suscipiebat, nos etiam deuote suscipiamus.

Denique nonam cum offeremus, supplicabimus, vt per gaudium & letitiam, qua à Filio in die Assumptionis recepta est in caelum, nos item CHRISTVM cum spirituali gaudio recipiamus.

Dies secundus.

Secundo die supplicandum Christo, vt qua charitate dignatus est in mundum venire, eumque morte a-

ter-



terna eripere, nos suo aduentu viuificet: quando ipse dixit, nos, nisi eius carnem manducemus, vitam habere non posse.

*Oratio matutina.*

Excita quæsumus, Domine potentiam tuam, & veni: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi, & te liberante saluari. Qui viuus, &c.

Toto hoc die in eo ponenda est opera, vt CHRISTI sanguine conscientia nostra mundetur: eaque causa meditando erunt septem sanguinis CHRISTI effusiones, videndumque quid nobis ornamenti desit, atque id omne à CHRISTO petendum, quem sumus ipsi hospicio suscepturi: supplicandumque ei, vt suis diuitiis, diuinoque cordis sui thesauro paupertati nostre subueniat. Inde enim expectandum cuique est,

DE EUCHARISTIA. 687

est, quod ad ornandum domum nostram fuerit opportunum. Petemus vero id his verbis, quae excitatorij loco esse potuerunt.

*Excitatorium.*

O Rex gentium, & desideratus earum, lapisq; angularis, qui facis vtraque vnum, veni, salua hominē, quē de limo formasti.

*Esai. 28.  
Gen. 28*

*Aliud Excitatorium.*

E sursum Agnus mittitur,  
Laxare gratis debitum,  
Omnes pro indulgentia  
Vocem demus cū lachrymis.

Vesperī adeunda erit mater DEI, cuius nobis manibus hic panis datus est: orandumq; vt quando hoc sacrū conuiuium in crucis mensa apparatus est, per eos quos sensit ad crucem dolores, nobis hanc à DEO gratiam impetret, vt Filij sui passionis participes simus.

Officemus vero ipsi quinq; orationes

nes

688 TRACTAT. QUARTVS.

nes Dominicas, totidemque salutaciones Angelicas, supplicantes, efficiat suis precibus apud Deum, vt Christi quinque vulnera in cordibus nostris imprimantur.

Dies tertius.

Die tertio supplicandum Spiritui sancto, vt qua charitate Apostolorum corda & ad se recipiendum preparauit, & adueniens die Pentecostes repleuit, nostra corda inflammet, atq; ita preparet, vt eum toto corde, totisque viribus amemus, qui se nobis ex tanta dedit charitate. Id vero hisce verbis petendum.

Oratio matutina.

Mentes nostras, quæsumus Domine, Paracletus, qui à te procedit, illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem. Qui tecum uiuit, &c.

Hoc die conandum est, vt eo sint  
fer-

DE EUCHARISTIA. 689

feruentiora desideria, vehementio-  
resque affectus, quo propior est sole-  
mnitatis dies: eorumque more, qui o-  
stia claudunt, quo possint domum  
commodius ornare, claudendi erunt  
sensus, & animæ potentie ad inte-  
riora reuocanda: vocandus autem  
hospes saepe his verbis.

Excitatorium.

Veni creator Spiritus,  
Mentes tuorum visita,  
Imple superna gratia  
Quæ tu creasti pectora.

Aliud Excitatorium.

Hierusalem surge, & sta in ex-  
celso, & vide iucunditatem, quæ  
venit tibi à DEO tuo.

Vesperis oranda erit sponsa Spiri- Barnab.  
tus Sancti, & peccatorum mater, <sup>2.</sup>  
perque eam Spiritus sancti gratiam  
obtestanda, qua templum sanctissi-  
mæ Trinitatis facta est, nostræ ut  
paupertati succurrat, cui ille suum  
ita

*ita aduentum promisit : Si quis diligit me, sermonem meum seruuabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansiorem apud eum faciemus.*

*Recitanda vero septies, Aue Maria, quod dona Spiritus sancti impetremus.*

*Ne vero post communionem in ingratitudinis vitium incidamus, in gratiarum actione tres item dies consumemus.*

Primus dies.

*Primo die agenda gratia Patri aeterno pro creationis beneficio, quod in comunione renouatum est: quos enim sua bonitate ad imaginem, & similitudinem suam creat, eadem nos in Eucharistia sacramento renouat, suamque, quae in nobis fuerat peccato deformata, imaginem reformat.*

*Recitabimus autem versus hos no- uem, & caelestes creaturas ad patris nostri,*

D  
nostri, q  
modum

Ben  
mini D  
exaltat

Ben  
Domi  
no.

Ben  
super c  
dicite

Domi

Ben  
mino, J  
mino.

Ben  
mino,  
Domi

Ben  
mino,  
Domi

Ben

DE EUCHARISTIA. 691

*nostri, qui in caelis est, laudes in hunc modum inuitabimus.*

*Dan. 3.*

Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite Angeli Domini Domino, benedicite celi Domino.

Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt Domino, benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol, & Luna Domino, benedicite stellæ cæli Domino.

Benedicite imber, & ros Domino, benedicite omnis spiritus Domini Domino.

Benedicite ignis, & æstus Domino, benedicite frigus, & æstas Domino.

Benedicite rores & pruina Domini.

mi-

692 TRACTAT. QVARTVS,  
mino, benedicite gelu, & frigus  
Domino.

Benedicite glacies, & niues  
Domino, benedicite noctes, &  
dies Domino.

Benedicite lux, & tenebrae  
Domino, benedicite fulgura, &  
nubes Domino.

*Hoc, inquam, modo creaturas in-  
uitabimus, vt pro nobis DEO grati-  
as agant, pro illis, inquam, beneficiis  
in Sacramento prestitis, quorum  
nos vel verba ista Cantici admo-  
nent. Fecit enim nos ex hominibus  
Angelos, ex terrenis caelestes; effususq;  
in nos gratia, & lachrymarum a-  
quis, admiranda suae charitatis ope-  
ra declarauit? illuminauit Sole iu-  
stitiae, vt praesentis vitae lunam, id est,  
inconstantem contemneremus: con-  
uertit cordis nostri frigus in suae cha-  
ritatis ardorem, nostrasque luce sua  
tenebras depulit: grandinem deniq;  
fulgu-*

fulgura, & nubes affectuum nostrorum  
remouit. Ita versus praedicti, non tan-  
tum gratiarum actiones, sed etiam  
monimenta quaedam erunt benefi-  
ciorum DEI in Eucharistiae sacra-  
mento acceptorum: si videlicet per  
singula verba, singula Dei beneficia  
in Sacramento praestita recolamus.

Interdum excitanda mens erit, &  
hoc subinde exercitiū ita renouādū.

*Excitatorium.*

Benedicimus DEVM cæli, & *Tob. 12*  
coram omnibus viuētibus con-  
fitebimur ei, quia fecit nobis  
cum misericordiam suam.

*Aliud Excitatorium.*

Benedic anima mea Domino, *Ps. 103*  
& omnia quæ intra me sunt, no-  
mini sancto eius. Qui propitia-  
tur omnibus iniquitatibus tuis,  
& sanat omnes infirmates tuas.

Vesperis ad Regiam nostram, &  
DEI Patris filiam adeundum, reci-  
tata.



694 TRACTAT. QUARTVS.

Et atque ter salutatione Angelica, agenda ei gratia, de preparatione ipsius ad incarnationis mysterium, quo tanquam in medio ad nos celestis hic panis peruenit: maximum vero id est beneficium, quod quam ederimus caro, & quem bibimus sanguis ex virgine acceptus sit; quodque eius meritis, & precibus & ad CHRISTVM suscipiendum digne prepareremur, & nostra nobis à DEO peccata remittantur; quare pro omnibus Virgini agenda sunt gratia.

Dies secundus.

Diei secundi matutino tempore, CHRISTO DEI Filio, & Domino nostro, de redemptionis beneficio, cuius hoc Sacramentum monumentum est, gratia agenda: inuitandaque terra ad DEI laudem, quam sibi DEI Filius tanta benignitate factus homo coniunxit; dicendumque, Benedicat terra Dominum,

lau-

DE EUCHARISTIA. 693

laudat, & superexaltet eum in secula: ascendit enim ipse, assumpta terra nostra, in Caluarie montem, ut germinaret terra nostra, quae ex se tribulos, & spinas post Adami maledictionem producere nouit.

Benedicite montes, & colles Domino Benedicite vniuersa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes, id est, lachrymae, Domino, Benedicite maria, dolorum scilicet, & sanguinis flumina Domino, qui pro nobis tantis cum doloribus sanguinem fudit.

Benedicite cete, id est, maxime quique Sancti, & omnia quae mouentur in eiusmodi aquis, id est, reliqui iusti, Domino. Benedicite

omnes volucres caeli Domino, id est, contemplaturi, qui in summo cordis nidificant. Benedicite

omnes bestiae, & pecora, id est, peccatores, Domino, qui eorum

pec-

peccata remittit. Benedicite filij  
hominū Domino, per quem facti  
sunt filij Dei. Hoc, inquam, modo  
agenda erunt DEO gratia, recitatu  
illis quinque versibus Cantici, quo-  
rum iam hic fecimus mentionem.

*Excitatorium ad DEI lau-  
dem.*

Benedicimus DEVM cæli, &c.  
vt supra.

*Aliud anima Excitatorium.*

*Pf. 102.*

Benedic anima mea Domi-  
no, & noli obliuisci omnis retribu-  
tionis eius. Qui redimit de-  
interitu vitam tuam, qui coro-  
nat te in misericordia & misera-  
tionibus.

*Vesperis adeunda Regina, & Do-  
mina nostra DEI mater, recitatur  
ter Ave Maria, agenda ei gratia,  
quod lacte proprio, magnisque labo-  
ribus panem hunc nobis ad victum  
dederit, in crucis ara pro nobis tan-  
quam*

quam propositionis panem, atque in altari in nostrum & remedium, & leuamen, aeterno Patri offerendum, atque in sacrario ad solitudinis nostre consolationem reponendum. De his, inquam, atque aliis nobis in Sacramento eius intercessione collatis beneficiis erunt Virgini agenda gratiae.

Dies tertius.

Tertio die agenda gratia de beneficio adoptionis, & regenerationis, eiusque in sacra communione confirmationis. Est enim hic vere panis filiorum non mittendus canibus, id est, iis qui ad peccatorum vomitum reuertuntur. Est, inquam, panis, quem cum comedimus, augetur in nobis adoptionis spiritus, in quo clamamus, Abba Pater. Est Rom. 8. Psa. 102, etiam fons, in quo renouatur anima, sicut aquilæ, iuuentus sua, est, quam in baptismo accepit pul-

Ff chri-

chritudo, atque innocentia : augentur enim huius panis vigore virtutes, & fides, & dona reliqua, quae anima in baptisate infusa faciunt eam esse Israel.

Benedicat igitur Israel Dominum, laudet, & superexaltet eum in secula. Cumque anima se totam cum hac hostia, & sacrificio, Sacerdotum more DEO offerat, eiusque virtute ex illorum numero serui simus, quibus dicitur : Euge, *Mat. 25.* & intra in gaudium Domini tui (est autem Domini gaudium, se nobis in Eucharistia sacramento tantopere communicare : sunt enim ipsius *Prov. 8.* deliciae, esse cum filiis hominum.) Benedicite Sacerdotes Domini Domino. Benedicite serui Domini Domino. Benedicite etiam spiritus, & animae iustorum Domino : facit enim hoc Sacramentum veros adoratores, qui

DE-

DE EUCCHARISTIA. 699

DE VM in spiritu, & vnitate ad-  
rent, vnumque cum DEO sint cha-  
ritatis vinculo, eorumque anima vt  
sint sedes sapientia efficit. Benedi-  
cite sancti, & humiles corde Do-  
mino, per quem sancti sunt, quique  
ad ipsos tanta cum humilitate de-  
scendit. Benedicite Anania, Aza-  
ria, Misael Domino, id est, tres a-  
nimæ potentia, quas tanquam tres  
illos pueros ab incendio liberauit sua  
gratiæ rore: intellectum quidem ab  
ignorantia, & errore; memori-  
am autem ab ingratitude, &  
obliuione; à tepiditate verò, & ma-  
litiâ voluntatem. Laudate ergo, &  
superexaltate eum in secula, Be-  
nedicamus Patrem & Filium,  
cum sancto Spiritu, laudemus,  
& superexaltemus eum in secu-  
la. Benedictus es Domine in fir-  
mamento cæli, & laudabilis, &  
gloriosus, & superexaltatus in se-  
cula.

Ff 2 Ex

700 TRACTA. QVARTVS

*Excitatorium ad laudem  
Benedicimus DEVM cæli, &c.  
vt supra.*

*Excitatorium anime.*

*Ps. 102.* Benedicite Domino omnia  
opera eius, in omni loco domi-  
nationis eius.

*Psa. 102.* Benedic anima mea Domi-  
no, qui replet in bonis desideriu  
tuum, renouabitur, vt aquilæ.  
iuuentus tua.

*Vesperis misericordie Reginam,  
& Spiritus sancti sponsam adibi-  
mus: eique recitata ter salutatione  
Angelica, gratias agemus, quod cha-  
ritate maxima, redemptionis nostre  
causa, Filium Patri in cruce obtule-  
rit. Quod si homines bis quorum o-  
pera redempti sunt, & seruitute li-  
berati, magna se intelligunt obliga-  
tione deuinctos; matri huic miseri-  
cordia, que pro libertate nostra car-  
nem suam, suum sanguinem, amo-  
rem,*

DE EVCHARISTIA. 701

rem, vitam, bonum denique omne  
pro nobis dedit, quantum, quaeso, de-  
bemus! aut pro his, atque aliis in nos  
ab ipsa collatis beneficiis, quas possu-  
mus, quaeso, grates persolvere? non  
id quidem opis est nostra, sed quas  
possumus tamen (nam quas debe-  
mus, non possumus) & sanctissima  
Trinitati, & beatissima Vir-  
gini, & Sanctis omni-  
bus referamus.

Amen.

Ff 3

TRA-



# TRACTATUS QVINTVS.

**Q**VO SPIRITVALIS  
*quædam exercitatio, ad no-  
stricognitionem comparan-  
dam, in septem dies hebdo-  
mada distributa contine-  
tur.*

## PROLOGVS.

*Gal. 6 1.*



**N**E ex illis simus, qui  
acceperunt in vanum  
animam suam, duo  
sunt nobis frequen-  
ter consideranda;  
quid videlicet **D E V S** erga nos  
fecerit, quid etiam nos erga Deum  
faciamus: vt diuturna meditati-  
one istarum rerum ad cor con-  
uersi, cum vtilitate infirmitatem  
nostram agnoscamus, & ingen-  
tia

S  
 tia quæ quotidie à Deo accipim<sup>9</sup>  
 beneficia; & eundē Dominum  
 totis viribus, omniq; conatu di-  
 ligamus in hac vita, vt eodem  
 I S  
 no-  
 an-  
 do-  
 me-  
 postea in perpetua illa perfrua-  
 mur. Hæc exercitatio in septem  
 partes distribuetur, vt singulis  
 hebdomadæ diebus singulæ e. iã  
 partes respondeant. Ad calcem  
 item cuiuscunque partis, breuis  
 quædã oratio proponetur: ali-  
 quot præterea scripturæ verba,  
 quorum frequenter memoria  
 reuocata, toto illo die ad medi-  
 tationem excitemur, illi exerci-  
 tationi in materiam proposita  
 adiungentur: quæ propterea ver-  
 ba, posthac *Excitatore* nuncu-  
 pabimus. Qua ex re fructū ille  
 sane percipiet, qui in ea sem se  
 diu exercebit. Vt enim incalescit  
 qui ad ignē accedit; sic qui ad di-  
 uini amoris flammam orãdo pie,

vel meditando accedit inflammetur necesse est. Age ergo anima deuota, DEO excitare: id enim tibi proponitur, quod beatorum Seraphim officium est, hoc est, sine intermissione diligere: id nobis concedat Dominus. Amen.

PRÆPARATIO ANTE  
EXERCITIUM.

**C**ONFESSIO *interna* conscientiam examinet, dolorem peccatorum pro viribus habere studeat, sacram confessionem proponat, coniungat orationem Dominicam cum Angelica salutatione: preceturque **CHRISTVM** Dominum, vt diuina cognitionis lumine, igneque sui amoris animam suam ita collustret, atque inflammet, vt sui viribus diffidens, diuina bonitate nitatur; & eo etiam quod hanc suam  
miser-

DE SVI COGNITIONE. 705

miseriam Redemptori nostro presentem, & ab illo aeterni Patris oculis oblatam fuisse intelligat. Et ita adorandum sibi gratiam concedi humiliter postulabit his verbis: *Quia* <sup>2. Cor. 30</sup> non possumus cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex DEO est.

Veni creator Spiritus,  
Mentes tuorum visita,  
Imple superna gratia  
Quae tu creasti pectora.

Die Lunæ.

Quid DEVS erga nos? perpendam me antequam essem nihil fuisse, ab eo me fuisse procreatum, ab eodem ut essem accepisse.

Quid nos erga DEVM? ut à tanta illa gratia dignitate mea culpa exciderim, & quod ipsius manibus constructum fuerat, meis destruxerim.

Quid DEVS erga nos? ut me ad  
Ff 5 suum

suam imaginem, & similitudinem conformauerit.

Quid nos erga DEVM? vt ipsius imaginem ac similitudinem insecerim: vtque vili pretio adductus, tãtã rei fecerim iacturam.

Quid DEVS erga nos? vt quod me creauerit, nullum aliud tanti operis pretium à me exigat, quam vt se mihi donet.

Quid nos erga DEVM? cum id quod à me exigit, tam sit mihi vtile, ego tamen nihil ab eo volui, nisi ipsum fugere, ab eodemque discedere, quasi separatus ab eo viuere possem.

#### Consideratio.

Vltimo loco perpendam eius benignitatem, qui cum nosset qualis futurus essem, humanam naturam induit, vt mea crimina ipsius sanguine luerentur. Atque ita finem impones meditando hoc incarnationis

my-

DE SVI COGNITIONE. 707

mysterium, gratias agens pro tanto  
beneficio.

Oratio.

Agnoscam, queso, Domine, cre-  
ator celi & terra, quam bonus mihi  
tu, quam malus ego ipse mihi sim:  
vt videns me destruere quod cōstruis,  
delere quod in me depingis, eo nomi-  
ne perpetuas mecum geram inimici-  
tias, quousque tua misericordia me  
constringat, & ab omni crimine co-  
erceat: sic enim fiet, vt tu omnia in  
me opereris. Ergo Domine, cum tu Ioan. 5.  
ipse dicas, Pater meus vsque mo-  
do operatur, & ego operor; ope-  
rentur, obsecro, in me manus tue, &  
manus peccatoris non moueat Psal. 35.  
me, vt clarificent te opera tua, & ex  
illis in caelesti curia Angeli glorifi-  
cant te.

Excitator.

Perditio tua ex te Israel, auxi- ose. 13.  
lium autem tuum ex me.

Die

Die Martis.

Quid DEVS erga nos? vt me ex terra procrearit, quo me puluerem, & cinerem agnoscerem, iustusque essem meae indignitatis aestimator, & *Psal. 69.* ideo vere egenus, & pauper à Domino misericordiam semper efflagitarem.

Quid nos erga DEVM? vt hoc beneficio abusus, consulto à meae indignitatis aspectu oculos remouerim; viuens quasi immortalis, à meae imbecillitatis memoria animum auocarim: cum tamen ab eius recollectione tantus fructus proueniat.

Quid DEVS erga nos? Quod in meo est capite? quid ex ore, oculis, nariibus effluit? stomachus verò quid est, nisi sentina quaedam? quid amaritudo fellis, & vniuersi corporis corruptio, vt haec iusto iudicio aestimem, & meam conditionem agnoscam?

Quid

Quid nos erga Deum? vi capiti pul-  
uinos molles subiecerim: hanc mei  
corporis foeditatem, quam deliciae,  
quam solícite tractauerim, quanta  
temporis iactura, quo fructu, vt ver-  
mibus pararem escas.

Quid Deus erga nos? quid post mor-  
tem futurus sim, vt corpus in faetore  
vertetur, vt ab omnibus deseretur.  
Quae omnia Deus fecit, ne in re tam  
vili, & caduca amorem meum col-  
locarem.

Quid nos erga Deum? iniquus fui,  
qui pulcherrimam animam male  
tractauerim, vt fetido corpori indul-  
gerem: qua ex re quibus stimulis in  
mortis articulo compungi debeo: de-  
nique quam male in mortali corpore  
amorem fixi, & immortalem ani-  
mam negligi.

#### Consideratio.

Perpende tanta hac natura no-  
stra foeditate benignissimum Deum

NON



non fuisse deterritum, quo minus eam susciperet, & ad tot labores, & acerbitates nasceretur. Et ita in meditatione mysterij Natiuitatis finem facies, ob tantum beneficium gratias agendo DEO.

## Oratio.

Iob. 7.

Domine, quid est homo, quia magnificas eum? aut quid opponis erga eum cor tuum: Si tua beneficia ille non cognouit, quia nec suam miseriam: cognoscat tandem, quaeso, mala quae gessit, quia sua fuit oblitus miseria. Intelligat se non intellexisse falsi honoris specie deceptum. Quapropter à te, clementissime Domine, peto suppliciter, vt, tua ope adiutus, putredini dicam, pater meus es tu, & soror mea vermibus; & vere intelligam, te ipsum mihi adiutorem, te refugium esse, qui cali, & terra verum es bonum; cuius manibus opus manuum

Iob. 17.

tua.

DE SVI CONGNITIONE. 711

tuarum me totū committo: ne me,  
quæso, despicias, Domine, Fac vt vere  
possim dicere, Pater meus, & ma- *Tsai 26.*  
ter mea dereliquerunt me, Do-  
minus autem assumpsit me: cui  
debetur omnis gloria in secula secu-  
lorum. Amen.

*Excitator.*

Quasi putredo consumendus *Iob, 13.*  
lum, & quasi vestimētum quod  
comeditur à tinea.

Die Mercurij.

Quid Deus erga nos? perpendam  
quanto amore meā animā tribus po-  
tentiis ditauerit, vt mihi memoriam  
concesserit, vt tot beneficiorū recor-  
datione ipsum diligere, & tanta bo-  
nitatis memoria repetita delectarer.

Quid nos erga Deū? quibus in re-  
bus meā memoriā versari sim passus:  
quā sit oblita suscepti beneficij: quā  
deberē erubescere, quod res tā turpes  
in eā cōdidierim: quodq; tā sim diligēs,

vt

vt ea in hoc vās stultus inferam, quæ  
mihî post afferant interitum.

Quid Deus erga nos? vt menti lu-  
men præulerit, vt veritatis lux te-  
nebras depelleret, semperque diuina  
misericordiæ immēsum pelagus con-  
templaret.

Quid nos erga Deum? vt defectu  
cognitionis intellectum excacaue-  
rim, diuino rebellis lumini: vt vere  
*Tsal. 39.* possim cum Dauid dicere: Compre-  
henderunt me iniquitates meæ,  
& non potui vt viderem.

Quid Deus erga nos? vt volunta-  
ti eam facultatem inseruerit, qua  
percipiebat diuini amoris dulcedi-  
nem: vt ea mihî quasi arrha quædam  
sit æternæ felicitatis, & mei arbitrij  
libertate, ac Christi meritis Deum a-  
mans, Deus quodammodo siam.

Quid nos erga Deum? vt meam  
voluntatem passus sim esse mancipi-  
um rerum, quæ tam mihî sunt acer-  
ba,

ba, & molesta: & quidem quam vili  
me ipse vendidi, quid perdididi, quid  
obtinui: perdididi vitam, lucrifeci  
mortem; consors diuinae naturae esse  
desi, & demonis feci me vile manci-  
pium.

### Consideratio.

Perpendam Christum voluisse cir-  
cumcidi, & in tam tenera aetate pre-  
tiosissimum sanguinem fūdere pro-  
pterea quod ego nolui in meis poten-  
tiis superflua reserare. Et ita in me-  
ditatione istius mysterij finem impo-  
nere orationi debeo.

### Oratio.

Quid, Domine, in caducis rebus  
reperire potuit mea memoria, vt illis  
tuum locum daret? quid praeter te as-  
sequi potuit mea intelligentia di-  
gnum, quod intelligeret? quid praeter  
te voluntas mea reperire potuit di-  
gnū, quod amaret? Dolor vere est, nō  
amor, quicquid praeter te diligitur.

Ergo

Ergo quando ex prepostero voluntatis amore, & intellectus obscuratus est, & memoria oblita tui: tu, Domine propter te ipsum, amaritudinem, queso, infunde omnibus iis que preter te diligo, vt sic ea refugiam, teque solum diligam, qui meus amor esse voluisti. Amen.

Excitator.

Ps. 34.

Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione.

Die Iouis.

Quid DEVS erga nos? vt mihi oculos dederit, vt ex creaturarum pulchritudine, eius, qui eas donauit, amorem elicerem, eumque in omnibus, qua oculis se offerunt, perpetuo diligerem.

Quid nos erga DEVM? vt oculis meis hostibus eius aduersum patrefecerim, & creaturarum pulchritudine abusus, quasi quidam basiliscus aduersus me, & contra proximum meum,

meum, habenas concupiscentia laxauerim.

Quid DEVS erga nos? vt mihi aures concesserit; vt vocis sponsi audita dulcedine, anima mea quodammodo liquefieret.

Quid nos erga Deum? vt tanquam aspis surda cauda aures obstruxerim, ne sanctas inspirationes audirē, quas tamen aures murmurationibus aperui.

Tsal. 57.

Quid DEVS erga nos? vt mihi odoratū concesserit, quo odorū suauitate, qui afflantur è floribus, excitat, ipsum laudare, & in odorē currere vnguentorū eius: florū suauitas me potius ad terrenas voluptates illexit, & cum peccatoribus dixi: Coronemus nos rosis, antequam marcescant: deserui vestigia pedum Domini, & rerum foetore captus erraui.

Sap. 2.

Quid DEVS erga nos? quanta liberalitate varios, suauissimosq; cibos

bos

bos suppedatari; quorum dulcedine expleto gustu, donatoris amorem cognoscerem, & spiritualiter gustarem quam suavis est Dominus.

Quid nos erga Deum? immensa gula voracis draconis naturam indui, & tantum beneficium in perniciem meam conuerti: ex quo verum spiritualium rerum gustum amisi, & fel peccatorum melle dulcius sum arbitratus.

Quid Deus erga nos? dedit manus, ut ea operarer, quae gaudium atque letitiam Angelis afferrent, quae in ipsa morte me sequerentur, nec prius desererent, quam in beatorum essem numerum cooptatus.

Quid nos erga Deum? manus meae foeditatem operatae sunt: tantum abest, ut Angelis gaudio fuerint mea opera, ut iustos potius ingenti affecerint dolore: denique ea sum operatus, quorum consortium vereor, & quae me damnationis reum faciunt.

Con-

## Consideratio.

Perpendam Dominum, vt meorū  
 criminum pœnas lueret, in deserto à  
 spiritu ductum, pro mea gula ieiu-  
 nasse. Et in hoc mysterio meditatio-  
 nem occupabo.

## Oratio.

Domine, quid dicam de oculis me-  
 is, quibus tanquã follibus cum ex-  
 creaturarum aspectu accendere de-  
 berem ignem amoris tui, iisdẽ potius  
 inferni in me ignem accendi, tot vi-  
 delicet deprauatis cupiditatibus?

Quid di. am de mearum aurium  
 surditate, quas miserorū vocibus pa-  
 tere nolui? Considerabo cuius rei  
 gratia concessa sit mihi lingua, &  
 quibus in rebus eadẽ sim vsus. Quo-  
 modo recensere poterò, quarū potis-  
 simum rerum suauitate me capi per-  
 miserim? quid dicã de operibus ma-  
 nuum mearum? quid respondebo,  
 cum sim ego ipse qui fesi? Quo me  
 ver-



vertam nescio: nam licet solus ceci-  
 derim, non scio tamen solus exurge-  
 re. Vere amici & proximi mei dere-  
 perunt, & deseruerunt me, & pro-  
 pterea cor meum conturbatum  
 est, & dereliquit me virtus mea.  
 Respcie ergo, Domine, vnicum refu-  
 gium meum, afflictionem meam, &  
 propter tuam bonitatem fer opem  
 huic miseria. Conformam, Domine,  
 sensus meos ad tuam voluntatem,  
 tuamq; gloriam, ad quam creasti e-  
 os. Amen.

Psa. 17.

## Excitator.

Hier. 9.

Ascendit mors per fenestras,  
 ne ambuleris in vanitate sensus.

## Die Veneris.

Quid DEVS erga nos? vt mihi  
 peccanti creaturarum obsequium nõ  
 ademit: vt vitã, viresq; tribuit qui-  
 bus ego tamen ipsum offendebam.

Quid nos erga DEVM? non mo-  
 do non me creaturarum vsu cogno-  
 sce-

scēbam indignum, sed potius si quid  
deerat conquerebar; nec ad aliud vi-  
tam optabam, & vires, quam vt me  
indulgerem voluntati: nec mirabar  
terram meorum scelerum pōdus su-  
stinuisse.

Quid DEVS erga nos? sua prote-  
ctione à visibilibus, & inuisibilibus  
hostium manibus eripuit me, in quo  
etiam, vt in Caim, suum posuit si-  
gnum, ne videlicet demones ex me  
tot criminum pœnas repeterent. *Genes. 40.*

Quid nos erga DEVM? quos ho-  
stes vitare debui, eos ipsos quæsiui:  
illis me peccādo tradidi, quibus mors  
mea cordi est: in eorū societate securū,  
in morte deniq; me viuū arbitrabar.

Quid DEVS erga nos? vt me per  
amicos admonebat, per concionato-  
res docebat, instruebat per Angelos,  
aliorū funeribus excitabat: illudq;  
verò offerebat, quod ego impetrare  
votis omnibus nunquam meruissem.

Quid

Quid nos erga DEVM? clausi au-  
res amicorum consiliis; cor concioni-  
bus, & inspirationibus: oculos à me-  
moria mortis auerti, vt ei parerē ty-  
ranno, qui neq; aliud potest, neq; ali-  
ud vult, quam me acerbissimis pœnis  
afficere: & Regē celestē deserui, qui  
vt me ab illis liberaret, eas ipse in se  
pertulit sponte.

Consideratio.

Perpende DEVM, vt te à morte  
liberaret acerbissimā crucis mortem  
pertulisse. Et hoc mysterium medi-  
tationis materia esto.

Oratio.

Quid Domine, in te reperi, vt te  
persequerer? quid in me, vt me dili-  
gerem? Quid tu à me, cum peccan-  
tem tolerabas; vel quid ego à me  
sperare poteram, cum te offēdebam?  
Vere infinita est tua misericordie  
multitudo. Hæc me obsecro Do-  
mine, ad tuum amorem alliciat:

hæc

DE

hæc mi  
neã per  
des hor  
sim tot

Qu  
cere vi  
quode  
& fecit

Quid  
DEO?  
oblita e  
vt obliu

luendan  
ligentia  
penam

cognosce  
vita se p  
re: quan  
que hie  
ificari,  
ne sine f

hac mihi vt in tuo obsequio permanē persuadeat: hac me ad tuas laudes hortetur, vt creatione sum, ita sim totus tua gratia tuus. Amen.

Excitator.

Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci? an quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas? Esa. 50

Die Sabbati.

Quid fuisset erga me faciendum DEO? Merito memoria, quæ DEI oblita est, in inferno esset punienda, vt obliuionem sibi sempiternis pœnis luendam fore recordaretur: vt intelligentia tot sceleribus commeruit pœnam eandem, vt illo misero statu cognosceret remedia, quibus in hac vita se potuisset ab illis pœnis liberare: quantus porro voluntatis dolor, quæ hic noluit aliqua ex parte mortificari, si se vidisset inferno penitus, sine fine mori.

Gg

Quid

Quid debuisssem facere erga Deū?  
 vt metuere deberet memoria, ne vn-  
 quam posthac in DEI obliuionem  
 incideret: quam deberet in posterum  
 esse ad diuinum obsequium solers,  
 & perspicax mea intelligentia; quā  
 voluntas in eiusdem amore ardens,  
 & inflammata: me denique, vt cum  
 deberem remedium adhibere, denuo  
 tamen nouis sceleribus, nouis etiam  
 pœnis obligatum in inferno collo-  
 cem.

Quid fuisset erga me faciendum  
 DEO? quam graues oculis meis, &  
 formidabiles tenebrae essent futurae,  
 & aspectus demonum: quam hor-  
 ribiles auribus gemitus damnato-  
 rum: quam intolerabilis naribus  
 inferni fœtor: quam amarus gustui  
 calix tormentorum: quam crudelis  
 tactui, eternus ignis.

Quid debuisssem facere erga DE-  
 VM? ijs ad meam salutem perspe-

ctis,

DE SVI CONGNITIONE. 723

Etis, de nulla aduersitate, qua occur-  
rat, mirari mei oculi iure poterunt :  
nullam aures infamiam, aut conui-  
tium, nullum fœtorem odoratus re-  
spuere ; nullam gustus amaritudi-  
nem? manus denique hunc nostrum,  
si opus esset, ignem non extimesceret,  
ut illum sempiternū vitare possent :  
sed ego stultus labores omnes in illud  
tempus reijcio, in quō omnis labor æ-  
ternus est.

Quid fuisset erga me faciendum  
DEO? sua gratia protectione à pec-  
cato me præseruat, & consequente  
ab inferno, à quo me singulis momē-  
tis liberat. Quoties illi debeo hanc  
eterna pœna liberationem! quoties  
de integro me ipsum mihi reddidi!

Quid debuisssem facere erga DE-  
UM? sollicitus quero illis me vincu-  
lis charitatis exoluere, ut ab illis li-  
ber in præceptis ruam. Possum ne ego  
pœnitere, aut meminisse quoties hoc à

Domino beneficium acceperim? & tamen denuo me eius hostibus tra-  
do.

Consideratio.

Perpende Dominum ad inferos descendisse, vt sanctos Patres inde educeret: eoque tempore eius corpus in cruce pependisse, sub qua beatissima Virgo manebat. In quo mysterio finem impones meditationi.

Oratio.

*Psal. 87.* Vere possum, Domine, dicere, quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. O quoties à mortis me faucibus reuocasti! quoties in easdem me miser induxi! Ergo, Domine, si mea omnia in meum spectant interitum, si tua omnia mihi vita asserunt cognoscam, quaeso, me, vt me, ipse fugiam; cognoscam, quaeso, te, vt me totum tibi dedam, cuius sola clemē-  
tia

tiame creauit, & toties ab interitu  
liberauit. Amen.

Excitator.

Nisi quia Dominus adiuuit *Psal. 93<sup>c</sup>*  
me, paulo minus habitasset in  
inferno anima mea.

Die Dominico.

Quid DEVS erga nos? vt nobi- *Act. 17.*  
scum ipse sit, in quo viuimus, mo-  
memur & sumus: vt nos dormi-  
entes tueatur, vt nullo tempore dere-  
linquat.

Quid nos erga DEVM? quantū  
mouere me hoc debuit, vt eius pani-  
tentiam susciperem, & eum dilige-  
rem, qui tam prope, & perpetuus  
mibi comes est: & tamen dum hæc  
ipse facit ego multa admisi scelera,  
& flagitia.

Quid DEVS erga nos? videt mea  
crimina is qui omnia videt, & re-  
medium meis malis querit.

Quid nos erga DEVM? oblato re-

Gg 3 me-



medio non vtor, quin mea cupidita-  
ti modis omnibus cupio satisfacere.

Quid DEVS erga nos; post hac  
tamen omnia suauiter disponit: vt  
virtutes inserat in animum occasio-  
nem captat.

Quid nos erga DEVM? tanta  
bonitate, & patientia quod ille plā-  
tauerat, ego momento temporis era-  
dicaui, ac perdididi.

Quid DEVS erga nos? ne euel-  
lam iterum eas, DEVS conseruat  
humilitate, & confusione mei: vt ijs  
quasi radicibus nixa virtutes, in me  
perficiantur, & perseuerent.

Quid nos erga DEVM? licet diui-  
na misericordia eas non eradicaue-  
rim, permitto tamen arescere: &  
tot deprauatis cupiditatibus obruo,  
vt merito mirari debeam, si quando  
eas post impedimenta in me reperio.

Quid DEVS erga nos? dum sum  
in gratia, amore se mihi tradit: &  
vt

vt charitatem in me aleret sui, sanctissimum Eucharistiae sacramentum instituit: denique in omnibus se mihi donare vult, neq; à me aliud exigit, quam vt se recipiam.

Quid nos erga DEVM? tot noxiis distractus rebus, in hanc vnam tam salutarem animam non intendo: ingrato animo Angelorum panem mihi oblatum respuo; vt nihil aliud facere videar, quam impedire bona eius in me collata.

### Consideratio.

Perpende ipsum resurrexisse: & quantum debeamus aeterno Patri, quod ea vulnera, quae nos fecimus, ipse glorificauit. Considera item ipsum ad Patris sedentem dexteram nostris operibus honorari, timendumque esse vehementer eius iudicium, si ea praua sint; permagni autem nostra referre, si ipsum semper

præsentem habeamus. Atq; hæc meditationis esto materia.

## Oratio.

O altitudo infinitæ sapientiæ, vere in mari via tua, & semita tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscuntur. Quam deberem mirari, cum in me bonum aliquod desiderium esse video! multo verò magis cum illud exercere incipio, summe denique si expletum. Mirum est te in tam sterilem terram iacere semina, & ex tam infructuoso solo fructus colligere. O si cognoscerem, Domine, me semen tuum perdere, quod in animam iacis, & cum primum germinat, illud conculcare pedibus, & cum iam albescit, & ad maturitatem peruenit, conuellerem! vere in omnibus humiliarer, & ex tuis operibus bonis, quæ in me v. d. o, summo opere confunderer. Da ergo mihi, Domine; propter te ipsum, & propter tuam bo-

bonitatem, vt hæc agnoscam, vt ex  
eo sanctissimum nomen tuum glori-  
ficetur in secula seculorum. Amen.

*Excitator.*

In me eras, & ego te non co-  
gnoscebam? sero te cognoui,  
bonitas infinita, sero te cogno-  
ui.

*August.  
in Confess.*

## TRACTATVS SEXTVS.

SVPER CANTICO TRI-  
um puerorum, cuius ini-  
tium est:

*Benedicite omnia opera Domini  
Domino.*

### ARGVMENTVM.

**M**ERITO quidem Deum ob id lau-  
damus, quod creauerit cælum,  
& terram, mare, & omnia quæ in eis  
sunt: sed non minus pro his laudan-

Gg s                      dus

## 730 TRACTAT. SEXTVS.

dus est, quæ in se homo, tanquam in  
 paruo mundo quodam, continet.  
 Sunt enim, si quis diligenter aduer-  
 rat, in hominis anima reliquarum  
 creaturarum virtutes, atque operati-  
 ones spiritualiter. Quamobrem in  
 huius Cantici enarratione id age-  
 mus, vt ex animi interioribus elicia-  
 mus Dei laudes: non minus, vt spera-  
 mus, Deo gratas futuras, quam si ex  
 rebus exteriorib. quæ nos, quod sint  
 visibiles, facile ad Dei laudes exci-  
 tant, ipsum laudaremus. Erit quidem  
 res hæc, quam suscipimus, satis diffi-  
 cilis: nec enim facile est reperire in  
 anima dies, & noctes, lucem, & tene-  
 bras; cælum denique, & terram: sed  
 nihil minus putamus fructus ex ea ad

Dei gloriam, & laudem perce-  
 ptum iri, si nos modo di-  
 uina gratia non de-  
 stituat.

Bene-

Benedicite omnia opera  
Domini Domino.

*I non sufficis, anima mea, benedicere Domino, pro vno solo eorum, quae in te misericordia sua operatus est; quomodo possis eum pro omnibus operibus suis laudare, de quibus eos qui scribi possent libros nec ipse mundus capere posset? nec id mirū, quando quidem operibus innumeris, innumerae & laudes debentur. Quid ergo facies, anima mea? aut quomodo tantas res tantula ipsa laudibus persequi possis? Incipe tamen, & DEVM in quinque saltem operibus lauda, quando omnia eius opera laudare pro dignitate non sufficis. Primum igitur lauda, quod tanta cū perfectione, tū pulchritudine mundū*

con-

condiderit; eumque, quod magis laudare debeas, condiderit tibi; teque quod illa beneficia superat, ad imaginem, & similitudinem suam fecerit. Deinde, quod non solum te tibi dederit ex nihilo creando, sed & se ipse pro te tanta ex misericordia redimendo tradiderit. Tertio; propter reconciliationem, sine qua parum reliqua profuissent, si te, inquam, ubi in peccatum incidisti, demonium laqueis non exoluisset, praeueniendo gratia sua, & te mirabiliter liberando. Reputans igitur tecum, & animo sedulo versans, quoties tibi, atque aliis peccatoribus eiusmodi beneficium DEVS praestiterit, incipe Canticum. & dic:

*David. 3.* Benedicite omnia opera Domini Domino. Laudate, & superexaltate eum in secula. Vere ut *Psal. 103.* scriptum est. Magnificata sunt opera Domini, nimis profundæ cogita-

gitationes eius. Quarto, pro amore quo animam impassibilem quodammodo reddere solet. Videre enim est, qui DEVM perfecte amarunt, quantum frigore, calore, laboribus, & variis tribulationibus afflicti, non solum hæc vsque ad mortem passi sint, sed ea omnia magno etiam cum desiderio, magnaq; cum iucunditate tolerarint. Postremo, pro sanctis desideriis, quibus facit plerumque, vt qui martyres re ipsa non sunt, martyrij tamen meritum consequantur. Tanta est sanctorum desideriorum vis coram DEO, qui voluntatem quandoque acceptam fert sine operibus. Quis igitur possit, aut sciat Dei laudes dicere, præsertim in terra aliena, in qua miseri exulamus? quis, inquam, possit opera Domini pro dignitate laudare?

Benedicite Angeli Domini  
Domino.

An-



Angelos possumus dicere superio-  
 res anime potentias, quae reliquis  
 magis sunt ad diuinas laudes idoneae:  
 vt potentiae in quibus sanctissime  
 Trinitatis imago sit. Laudet itaque  
 anima mea memoria sua DEVM su-  
 um, cuius, si quid in rebus dulce esse  
 potest, est certe dulcissima recordatio  
 quemadmodum scriptum est: Re-  
*Psal. 76.* nuit consolari anima mea, me-  
 mor fui DEI, & delectatus sum.  
 Laudet intellectus relinquendo ter-  
 rena, & caelestia sedulo querendo, vt  
 abscondita sit vita nostra cum Chri-  
 sto, & conuersatio nostra in caelis  
 sit. Laudet voluntas toto corde, ta-  
 tisque viribus: nec enim in aliud cre-  
 ata est, quam vt Deum amando  
 quereretur, & inuento frueretur. Id  
 quoties feceris, anima mea, tribus-  
 que his potentiis DEVM laudaueris,  
 (vt debes) eris tanquam Angelus  
 DEI. Quod si te à DEO peccato  
 sepa-

separaueris, (quod tibi magnopere  
cauendum, & timendum est ne con-  
tingat) boni Angeli nomine, & di-  
gnitate amissa, in Luciferi societa-  
tem transibis, qui nunquam ad a-  
missas Dei laudes est rediturus: tu ve-  
ro dum viuis in carne, redire potes,  
merito sanguinis immaculati Agni,  
qui nobiscum multo aliter, quam  
cum Angelis, agere in hac parte di-  
gnatus est. O quam est æquū, omnes  
vt Angelos inuites ad DEVM, vel ob  
hoc vnum admirabile opus, pro quo  
ei infinitæ gratiæ debentur, aliqua  
saltem ex parte laudandum?

Benedicite cæli Domino.

Quos alios dicimus celos in ani-  
ma, seu mundo isto minori, quam  
misericordias Domini? quibus vt ce-  
lum terram vndique cingit, & tegit,  
ita animam ipse protegit, sicut scri-  
ptum est: Misericordia Domini

plc-

Psal. 32.

plena est terra : & quidem sicut  
 celos extendit vt pellem, ita in a-  
 nimas nostras, pellibus h' sce corpo-  
 rum cinctas, misericordias suas dif-  
 fundit: vt que cor latificat, atque di-  
 latat celi aspectus, ita confirmat a-  
 nimam, & consolatur memoria mi-  
 sericordiam Dei.

Benedicite aque omnes, quæ su-  
 per celos sunt, Domino.

Quonquam sunt multa super ter-  
 ram aquæ, non ascendunt tamen su-  
 per celos, nisi iustorum lachrymæ,  
 diuini amoris calore expresse. Hæ  
 sunt namque quæ Angelos letificant,  
 & de quibus scriptum est: Posuisti  
 Psal. 55. lachrymas meas in conspectu  
 tuo. Sunt quidem & lachrymæ a-  
 liæ, quæ plerumque excutiunt sen-  
 sualitatis amor, & terrenarum re-  
 rum affectus: sed istæ non modo non  
 ascendunt. Sed in infernum vsq; re-  
 cta descendunt. Lauda itaq; anima  
 mea,

mea, Dominum, pro aquis his, quibus iustos tanquam pane cibant, facitque ut ea cuncta despiciant, pro quibus peccatores flere consueverunt. Sunt autem illa tanta consolationis causa his, qui percipiendum à se sperant earum fructum in celo, cum absterget DEVS (ut est in Apo-<sup>Apo. 7.</sup> calypsi) omnem lachrymam ab oculis ipsorum: ut nec sine iis quietem capiant, nec cibum, aut somnū sed eis semper comitati, Dominum benedicentes, in calum spiritu ascendant.

Benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Ut magnū quiddā est & admirabile, creasse calos cum aquis, de quibus diximus; nec minus mirum atq; laudabile, vim tantam, & ordinem talem posuisse in eorum motibus: ita nobis laudandus est Deus pro ea virtute, qua ab ipso accepta, anima amoris

moris

moris affectibus se ipsa mouere potest: vtque nobis non solum DEVS celos dedit, sed & virtutem etiam iis quibus mouerentur; ita anima non tantum aquas dat, sed mouet etiam vt eas à se desideret illa, & petat. Id quod intelligas, anima mea, quanti faciendum sit, aduerte, quod vt neminem sanabāt aque piscine, de qua est in Euangelio, nisi ab Angelo prius motæ, ita nec lachrymis animas sanas reddi, nisi Spiritus sancti virtute ille exprimantur.

*Iean. 5.*

Benedicite sol & luna Domino  
benedicite stellæ cæli  
Domino.

Tres videre est in hoc versu claritates, solis nimirum, lune, & stellarum: que sunt certe omnes laude dignissime. Intellige vero tu, anima mea, solis nomine, solis iustitiæ IESV CHRISTI Domini nostri splendo-

rem

rem, ac lucem, qua te cecam, nascendo, & moriendo pro te, cognitionis suae luce perfudit. Claritatem vero lunae intellige Sanctorum exempla, qua, dum in huius seculi tenebris agerent, nobis clarissima reliquerunt. Ut vero in luna est alia inferior lux, alia vero remissior: ita non omnes eadem luce Sancti resplendent. nam ceteros, tanquam plena luna, beatissima virgo virtutum magnitudine, atque splendore longe antecellit: estque in ceteris, prout videlicet Dominus illorum quemque illustrare dignatus est, splendor inequalis. Laudandus praeterea est Dominus in stellis, id est, ea luce, qua peccatores ex inferni tenebris eripit. Multi enim sunt; quos, cum negligenter vixerint, morituros tamen, sui gratia ita illustrare dignatur, ut feliciter vitam claudant: tanta est DEI pietas erga indignos, quos,

quos, cum eorum tamen iniquitas supplicium mereatur, sua misericordia plerumq; illustrat. Vt enim à sole isto visibili & luna, & astra reliqua lumen accipiunt: ita à sole iustitie & iusti omnes, & peccatores etiam illustrantur.

Benedicite imber & ros Domino.

Vt gignitur tum imber, vbi in mediam aeris regionem vapores eleuati fuerint: ita spirituales aque tum demum generantur, cum eorum, qui in terris vitam degunt, desideria in celum conscenderint. Laudabis vero in rore Dominum, qui quemadmodum solet mane rore demisso refrigerare terram, noctis calore depulso; ita post tribulationis noctem, tanquam man, diuina consolationis rore spiritum, vt possit ascendere in montem Domini recreat, atq; latificat.

Be.

Benedicite omnis spiritus DEI  
Domino.

*Intellige per spiritus hos, id est, ventos, Spiritus sancti dona: sine quibus nec magis viuere potest anima, quam sine respiratione corpus, nec in portum, nisi iis flantibus, anima nauis aliquando peruenire. Hac enim audaces nimium animas timidas reddunt, faciuntque ex duris pias, sapientes ex rudibus, postremo ex debilibus fortes reddunt.*

Benedicite ignis, & æstus Domino.

*Benedicat Domino anima, quam Luc. 12. illius ignis flamma incendit, de quo à Domino dictum est: Ignem veni mittere in terram: diuini nimirum amoris ignem. Quod si vel pro scintilla vna summe laudandus est: quantitas, quaeso, laudes ei debemus, cum fuerit amor vehementissimus, nempe in morte, qua se charitatis vis maxime*

*xime*



xime prodit! Vt æstum hoc loco possimus intelligere vehementissimum charitatis ardorem, quo incensus Laurentius, & reliqui Martyres, ea fecerunt, pro quibus à nobis DEVS nunquam satis digne laudari possit.

Benedicite frigus & æstas Domino.

Vt non solum necessarius est calor ad fructus colligendos, sed & frigore opus est, quo compressa terra eos ferre possit: ita nobis non tantum opus est diuino amore, sed illud est interdum necessarium, vt nos frigos etiam quandoque experiamur: quo non solum magis agnoscamus, quid differat status vterque, cum nimium incalascimus amore, & cum nimio algore frigesimus; sed eo diligentius contendamus ad ignem accedere, quo magis frigemus: vt qui intelligamus eo necessarium esse nobis calorem,

quo

quo fuerit frigus intēsius. Ita omnipotens Dominus, qui omnia sua- *Sap. 6.*  
uiter disponit, & plerumque calorem dat, & interdum etiam frigidus nos esse permittit, idq; ad gloriam suam, & rem etiam nostram, ut diximus.

Benedicite rores, & pruina  
Domino.

De verno rore supra dictum est: nunc te hyemis rore, atque pruina, quæ nox ( utpote longior, adeoque frigidior ) albiora reddit, dicendum est. Laudemus igitur Dominum, qui quo est tribulationis longior, & laboriosior nox: eo spiritualement rorem candidiorem efficit, & puriorem. Maius enim est eo meritum, quo fuerit dolor pro Christo acerbior: ut beati merito dicendi sint, qui pro eo, multa passi sunt; sic enim maiora in caelo præmia meruerunt.

Benedicite gelu & frigus Domino.  
*Qua*

Quae rigescunt frigore, siquidem animalia sunt, moueri non possunt: si vero arboris fructus, amittunt saporem. Similia patitur à peccato anima, nam & moueri ad bonum non potest, & diuinarum consolationum suauitatem non percipit. Cum uideris ergo, o anima mea, quempiam frigore isto rigentem, laudabis Dominum, cuius nisi te ignis ardor incenderet, tu itidem rigeres. Cum tamen uides proximum tanto frigore premi, eius te misereat, ne, si nõ compatiaris, te simile frigus itidem corripiat. Itaque ad Dei laudes fac ut frigus excitet, & ut te, dum illum subueniendo quasi calefacis, diuini amoris flamma corripiant.

Benedicite glacies, & nives Domino.

Duo sunt glaciei, & niuis velut propria: alterum, quod sunt valde frigida: alterum, quod post tempestatem tranquillo iam tempore pulcherrima apparent. Simile quiddam reperire possis in peccati frigore: nam cum in id incideris, magna est tanquam oborta tempestas; at ubi humani affectus mitigati fuerint, & velut anime tempus tranquillum redditum, **D E V S** bone, quam est pulchrum, & iucundum spectaculum, cum ea velut nix liquefit, diuinitus immisso gratia calore! Itaque dicit Propheta: Si fuerint peccata vestra tanquam cocci- *Esa. I.* num, velut nix dealbabuntur.

Benedicite noctes, & dies  
Domino.

Noctes sunt aduersitatis tempora, prosperitatis autem dies: ut nim in prosperitate splendēt omnia, ita in aduersitate contēbrescunt.

**H b**      **Quod**

Quod si velis euadere, anima mea, noctis huius pericula, quæ impatientia affert; tum etiam pericula diei vitare, in quæ solet ingratitude, & superbia conijcere; nullum profecto presentius remedium inuenies, quàm si iustum Iob imitatus, Domini nomen, siue quod ille dederit, seu abstulerit, semper benedicas: ita implebitur in te quod ait Propheta: Per diem non te vret sol, nec luna per noctem.

Psa. 120.

Benedicite lux, & tenebræ  
Domino.

Cum te videris, anima mea, aliqua gratia, vel deuotionis luce perfundi, & DEVM lauda, quando idcirco dat, vt se laudes, & operanda, vt ea quæ recepisti, maiora reddas, quo possis magis benedicere Domino: nec cessare tamen debes à laudibus DEI, si te videas in tenebris esse, & velut sensibili gratia destitu-

tutum: tum enim tanquam aurum  
 infornace probaris, facitque de te  
 Dominus periculum, sis ne ei fidelis  
 seruus, an verò setantum laudes ora-  
 tionis dulcedine captus. In eiusmodi  
 itaque tenebris posita, confirma fide  
 viua orationem tuam. Et quidem si  
 non animum in ea tribulatione de-  
 spondes, nec laudes DEI intermittis,  
 nihil est quod dubites futurum, vt  
 de hac nocte dici possit: Nox sicut <sup>Psa. 133</sup>  
 dies illuminabitur, itemque si-  
 cut tenebræ eius, ita & lumen  
 eius.

## Benedicite fulgura.

Quæ dicimus fulgura, nisi san-  
 ctas inspirationes, quæ fulgurum  
 more, & ea quæ tangunt corda ve-  
 lati comburunt, & quocunque acce-  
 lunt, timorem incutiunt? emittun-  
 tur enim à DEO, & ad caelestia ne-  
 gotia, tanquam DEI legati, cum a-  
 nimas sanctas conuocant, tum vt

Hb 2 pos-

possint videre DEVM Deorum in Si-  
on, suauiter disponunt.

Et nubes Domino.

*Esa. 45.* Nubes dicere possumus iustitia  
desideria: sic enim sancti Patriarcha,  
& Propheta olim à DEO petebant:  
Pluant nubes iustum. Quoties er-  
go, videris in te, anima mea, eiusmo-  
di nubes, id est, desideria, Dominū  
*Matt. 5.* lauda, quia scriptum est: Beati qui  
esuriunt, & sitiunt iustitiā, quo-  
niam ipsi saturabuntur.

Benedicat terra Dominum, lau-  
det, & superexaltet eum in  
secula.

O quantum debet benedicere Deo  
pulis, & cinis, qui in fictilibus vasis  
tantum thesaurum reponere digna-  
tus sit! Considera verò, anima mea,  
duabus de causis præcipue tam ad-  
mirandas res in luto nostro Domi-  
num facere voluisse: altera, quo eius  
magnitudo, potentia, atque clemen-  
tia

tia

ria magis agnoscerentur, adeoque ei gratia infinita haberentur, qui vilitatem nostram respicere dignatus sit: altera, quo nos in humilitate conseruaret, ne videlicet donorum suorum magnitudo, & multitudo, extolleret. Nam & ea causa voluit nos terram istam gestare, vt qui agnosceremus quam viles simus, non solū eum benediceremus, sed & laudaremus etiam, & superaltaremus in secula.

Benedicite montes, & colles Domino.

Montes intelligamus hoc loco eos, qui perfectionis montes ascenderunt: de his enim scriptum est, quod beneplacitum est Deo habitare in eis. *Psal. 67.*  
 Laudent tamen etiam colles, id est, qui ascendere desiderant; etenim de ijs etiam scriptum est: Beati qui *Psal. 81.*  
 disponunt ascensiones in cordibus suis. Vt enim colles sunt quasi

Hb 3 mon-



montes, ita qui perfectionem (vt par est) desiderant, ab ea non longe absunt.

Benedicite vniuersa germinantia in terra Domino.

Dici non potest, quæ, & quanta creauerit Dominus in mundo hoc visibili, nec quæ, aut quanta in hominis inuisibilem spiritum soleat infundere. Quis enim dicat spirituales animæ flores, & fructus, quaque facit oriri in nobis Dominus; alias quidem amore eliciens, alias verò timore perterrens? aut quis tribulationum, & consolationum fructus? quis merita? quis DEI amorem admirabilem, & eam, qua animas nostras tractat, (quibus cum esse suas dicit delicias) sapientiæ profunditatem possit enarrare? Quando ergo non sufficis singula persequi, anima mea, benedic, (quemadmo-  
dum

*um est in Cantico ) pro vniuersis  
Domino.*

Benedicite fontes Domino, be-  
nedicite maria, & flu-  
mina Domino.

*Fontium aquas, eas intellige la-  
shrymas, quas videndi DEVM de-  
siderium vehemens solet exprimere,  
de quo ait Propheta: Quemadmo-  
dum desiderat ceruus ad fontes  
aquarum, ita desiderat anima  
mea ad te DEVS. Maris verò ama-  
ras aquas, eas dicere possumus, quas  
contritio, & de peccatis dolor solet  
excitere, iuxta illud Propheta: Re-  
cogitabo tibi omnes annos me-  
os in amaritudine animæ meæ.  
& illud Iob: Loquar in ama-  
ritudine animæ meæ. Denique  
fluminum aquæ Apostoli sunt,  
& item Sancti reliqui, de qui-  
bus scriptum est: Eleuauerunt  
flumina vocem suam: quo-*

Tsal. 42.

Esa. 38.

Iob. 10.

Tsal. 92.

Hb 4 rum

rum exempla imitandi, aut conuersatione, & societate fruendi, cum nos desiderium vehemens accendit, tum verò tertij generis lachrymas effundimus.

Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis, Domino.

Admirabile quidem est spectaculum, cum pisces, & cete in mari moueri conspiciuntur sed non minus est admirandum, si quis ea, quæ in contemplationis aquis mouentur, aspiciat. Hic enim non solum malum deserendi, bonumque prosequendi, atque eiusmodi alia vota multa conspicias, sed & charitatis vehementis quedam desideria, quibus nec immania cete conferri possint. Iis impulsus

*Exod. 32.* Moyses dicebat: Aut dimitte illis, aut dele me de libro vitæ. Optabat etiam Apostolus Anathema esse pro fratribus suis secundum carnem:

*Rom. 9.*

nem:

nem: & alibi, *Quis nos, inquit,* <sup>R6m. 8.</sup>  
 separabit à charitate DEI? tri-  
 bulatio? an gladius? an mors?  
 Lauda ergo, anima mea, Dominum  
 pro his, quæ mouentur in aquis i-  
 stis id est, pro amoris affectibus,  
 quos Spiritus sanctus tanquam in  
 aquis deuotionis in nobis excitat.

Benedicite omnes volucres  
 cæli Domino.

Admirabilis quidem est auium  
 tam varia multitudo, tantaque va-  
 rietas: sed non sunt minus admira-  
 biles considerationes illæ virtutum  
 DEI, quæ auium more solent in  
 contemplatione in cælum ascendere:  
 utque itineris sui nullum aues vesti-  
 gium derelinquunt, itaque plerum-  
 que accidere solet iis, qui in contem-  
 platione positi in sublime tolluntur.  
 Fiunt enim ad eò extra se spiritus  
 virtute, & consideratione bonita-  
 tis DEI, sapientiæ, potentiæ, atque

Hh s cle-

clementiæ dulcedine in altum sublata, vt nullum videantur itineris sui vestigium reliquisse. O quantum debent ij benedicere Domino, qui, eum in carne sint, perinde agunt, ac si Angeli essent! Benedicant ergo aues celi Domino, quas nihil dubium est in calum esse admittendas, quando in se habent eum inhabitantem Spiritum, eumque columbina simplicitate referunt, qui in specie columba aliquando voluit hominibus apparere.

Benedicite omnes bestia, & pecora Domino.

*Mich. 7.* Duo bestiarum genera intelligimus in hoc versu, fit enim hic mentio domesticarum, & ferarum: domesticas intellige carnis nostræ passionis, inimici enim hominis, domestici eius: feras autem reliquos hominis hostes, mundum nimirum, atque demonē. Quoties ergo se ani-

ma

ma ab his videt diuina gratia libera-  
 tā, toties benedicat Dominum: eoq;  
 vehementius laudet, quo se ab his sa-  
 pius male tractatā esse meminit. Ne  
 verò iterum in eorū manus incidat,  
 presentissimū putet esse remediū, as-  
 fiduam orationem: hac enim & de-  
 biles redduntur hostes, & nos effici-  
 mur fortiores: in hoc item ex consi-  
 deratione peccatorum nostrorū, quæ  
 bestix merito dici possunt, magnus  
 solet & amoris DEI, & diuinarum  
 laudum fructus percipi ab his, qui-  
 bus, cum diligant DEVM, omnia Rom. 8.  
 cooperantur in bonum. Lauda  
 itaq; anima mea, Dominum, qui te  
 ab his bestiis sua misericordia eripu-  
 it & dic cū Propheta: Anima mea Psf. 125.  
 sicut passer erepta est de laqueo  
 venantium: benedictus Domi-  
 nus, qui non dedit me in captio-  
 nem dentibus eorum.

Benedicite filij hominū Domi-  
 no. Vbi

Vbi ventum est ad creaturarum finem, admonentur filij hominum benedicere Domino: quandoquidem ea causa & creature supraddicta create sunt, & quæ per illas superius significari diximus, sunt hominibus à DEO spiritualia dona infusa, vt laudet his Dominum: quippe qui, vt eius gratia reliqua facta sunt, ita est ad Dei laudes cantandas creatus. Vnde in Psal. non

Psal. 49.

Psal. 4.

petit ab homine DEVS nec vitulos, nec hircos, sed laudis potius sacrificium. O filij hominum, vsquequo graui corde? cur non aduertitis ea causa creaturas omnes vobis esse à DEO datas, vt ipsum laudaretis? nec pro tanto beneficio aliud à vobis postulari, quam id quod est ad eò per se dulce, vt & eo se Angeli magno-pere oblectent, & Sancti sibi gloriosum ducant? Benedicite filij hominum Domino, nec committatis,

vt

vt vos à Creatore creaturæ abdu-  
cant: id potius videte, quemadmo-  
dum creaturæ reliquæ à conditione  
sua DEO semper sunt obsecuta. Cur  
igitur solus homo ingratus sit & qui  
tanta est dignitate, vt dictum sit de  
hominibus à DEO, Dij estis, se sinat *Psa. 81.*  
in hac parte à creaturis reliquis su-  
perari?

Benedic Israel Dominum, lau-  
da, & superexalta eum in  
secula.

Israelis nomine intelligitur, qui  
Deum videt: vident autem DEVM,  
qui mundo sunt corde, sicut scriptum  
est: Beati mundo corde, quoni- *Matt. 5.*  
am ipsi DEVM videbunt: & qui-  
dem hi eo magis debent DEVM  
laudare, quo ab illo maiora beneficia  
receperunt: tantoque diuinum no-  
men maiori studio sanctificare, quã-  
to sunt ab eo puriores sanctioresve  
effecti. Quod nisi ita faciant, time-  
re de-



*re debent, vt à quibus sit exacte talenti ratio exigenda.*

*Benedicite Sacerdotes Domini Domino.*

*Sacerdotum munus est, DEO sacrificia offerre: qui ergo in se sentiunt eiusmodi desideria, vt se non putent satisfacere, si se ipsi DEO offerant nisi etiam alios huc adducant: idque ponunt in maximo DEI, beneficio si aliorum saluti possunt consulere, benedicant Domino pro tanto munere, atque in eo perseuerent. sunt enim tanquam Angeli, qui in conspectu DEI incensum adolent, fragrantemque sacrificiorum odorem in celum vsque, magno Sanctorum gaudio emittunt.*

*Benedicite serui Domini Domino.*

*Quo intelligatur quanta obligatione teneantur benedicere Domino serui eius, legatur quod ait Propheeta:*

DE  
ta: E  
no c  
tis in  
magn  
non so  
sed &  
tande  
est: C  
tua D  
ficit a  
& ali  
sta, al  
mei n  
berna  
Bene  
sto

In  
lustor  
sunt  
discere  
guinis

ta: Ecce nunc benedicite Domi- *Psa. 134*  
 no omnes serui Domini, qui sta-  
 tis in domo Domini: & quidem  
 magnam piis affert consolationem  
 non solum mansio in domo Domini,  
 sed & cogitatio etiam eo aliquando  
 tandem perueniendi, sicut scriptum *Tsal. 65*  
 est: Quam dilecta tabernacula  
 tua Domine! concupiscit, & de-  
 ficit anima mea in atria Domini:  
 & alibi, Elegi, inquit idem Psalmi- *Ibidem.*  
 sta, abiectus esse in domo D E I  
 mei magis, quam habitare in ta-  
 bernaculis peccatorum.

Benedicite spiritus, & animæ iu-  
 storum Domino, benedi-  
 cite sancti, & humiles  
 corde Domino.

*In Sapientia libro scriptum est: Sap. 8.*  
 Iustorum animæ in manu D E I  
 sunt: debent ergo iusti bene-  
 dicere Domino, cuius pretiosi san-  
 guinis merito iustificati sunt: at-  
 que

que itidem facere debent Sancti, &  
 1. Pet. 3. humiles. Nam Deus humilibus  
 dat gratiam, superbis autem re-  
 sistit: nec horum ei laudes grata  
 Eccli. 15. sunt, sicut scriptum est: Non est  
 speciosa laus in ore peccatoris.  
 Psal. 49. dicitur etiam huic in Psalmo: Qua-  
 re tu enarras iustitias meas, &  
 assumis testamentum meum per  
 Psal. 32. os tuum? Benedicant itaque iu-  
 sti Domino, rectos enim decet  
 collaudatio.

Benedicite Anania, Azaria, &  
 Misael Dominum, lauda-  
 te, & superexaltate e-  
 um in secula.

Si consideres, o anima mea, visi-  
 biles creaturas, benedices tu quidem  
 Rom. 1. Domino: inuisibilia enim, & e-  
 terna per visibilia cognoscuntur.  
 Nec verò minus, si consideres quid in  
 te spiritualiter, quomodo, & quā-  
 do operetur DEVS, laudabis eum,  
 &

& superexaltabis in secula : idque  
pūritate, fide, & charitate ea, qua  
benedixerunt Domino tres isti pue-  
ri, qui nec minas timentes, nec ignis  
vim, DEI laudes ( vt par erat ) fa-  
cile rebus cæteris anteposuerunt.

Benedicamus Patrem, &  
Filiū, cum sancto Spi-  
ritu, laudemus, & super-  
exaltemus eum in secu-  
la.

Benedictus es, Domine; in  
firmamento cæli, & lau-  
dabilis, & gloriosus, &  
superexaltatus in secu-  
la.

Tr

Tu enim es DEVS noster, sum-  
misque laudibus dignus, qui creasti  
propter hominem calum, & terram;  
vtque hominem DEVM faceres,  
homo fieri dignatus es: cui debetur  
gloria, & honor in secula  
seculorum. Amen.

F I N I S.

